COMMENTARII DE REBVS IN SCIENTIA NATVRALI ET MEDICINA GESTIS.



VOLVMINIS XXXII. PARS I.

LIPSIAE, MDCCXC.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.

UNIVERSITY OF OKLAHOMA
LIBRARY

C736
v.32

I.

Giornale per ſervire alla ſtoria ragionata della medicina di queſto ſecolo.

i. e.

Diarium inſeruiens hiſtoriae ratiocinanti medicinae huius ſeculi. Vener. apud Paſquali. 4. Tom. II. 1784. p. 480. ſine 7. indic.

Diarii huius, cuius primum tomum iam *) indicavimus, ſequentes tomi pariter in duodecim, forte menſtruos, diuiſi ſunt numeros, non autem in his quaelibet ſcientia ſeorſim illuſtratur, in indice tamen, quinam librorum perluſtratorum ad anatomiam, medicinam theoreticam et practicam, chemiam et chirurgiam pertinent, quinam mixti ſunt argumenti, ſingulis ſuis capitibus indicantur. Recenſentur vero quidam libri fuſius, alii ex aliis eruditorum actis, alii denique breuiter tantum quaſi annuntiantur. Quamlibet iſtam librorum claſſem ſeorſim indicabimus, iamque a nobis indicatorum gratia ſolum Commentariorum noſtrorum locum, in quo indicati, allegabimus. Tomo ſecundo inſunt fuſius recenſiti libri.

1. POUTEAU opera poſthuma Voll. III. 8. Pa- p. 1. ſqq.
riſ. 1783. Gallice ſcripta **).

2. ROSAE Epiſt. V^ta de memorabilibus quibus- p. 11. –
dam phyſiologicis. 1784. Ital. ***). 17. et

3. LALOUETTE Tr. de ſcrophulis Voll. II. 12. 52–56.
Pariſ. 1780. Gall. ****). p. 17 –

A 2 4. POU- 22.

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVII. p. 659. ſqq.

**) ibid. Vol. XXIX. p. 572. ſequ.

***) ibid. Vol. XXVII. p. 687. ſqq.

****) ibid. Vol. XXVI. p. 632.

Hist. of Science

p. 41.– 46. 4. POUPART Tr. de herpetibus. 12. Pariſ. 1782. Gall. Herpetes quadruplici, a morbi gradibus petito, modo diſtinguuntur in *farinoſos*, *miliares eryſipelatoſos*, *viuos* aut ſiccos, aut humidos, et *depaſcentes*, vel ſeſe late expandentes; de generali, lympha nempe, acri inprimis et copioſa bile vitiata, particularibusque cauſis in retentione humorum praeſertim poſitis, de venereis, ſcorbuticis et ſcrophuloſis frequentiſſimis ſemperque contagioſis herpetibus, eorumque ſede. de herpetum ab aliis cutis morbis differentia, redeundique tempore, de ſede herpetum in ſenibus, foeminis, humidorumque locorum incolis, de damnis ab humore herpetico ad viſcera propulſo enatis, de cura herpetum per extracta et decocta herbarum floresque ſulphuris, viuorum inprimis, a ruberrimo cutis poſt eſcharārum delapſum colore ita vocatorum, per potum ex malo citri decorticato et floribus Chamomillae paratum perficienda, perſpicue diſſeritur.

p. 47.– 49. 5. EVERS Diſſ. med. de contagio phthiſico Gotting. 1783. prodiit autem 1782.

Phthiſin pulmonarem vlcere coniunctam, illique affines morbos eſſe poſſe contagioſos aut haereditate, vbi leuiſſima cauſa ſufficiat, aut, quod tantum in praediſpoſitis, nec niſi in vltimo morbi gradu (COCCHIO id ignorante) vario et arctiori cum phthiſicis commercio, quo et debili laxaque fibra praediti ad hunc morbum diſponi poſſunt. CASTELLANUM, in nullo gradu phthiſeos contagium concedentem valde errare. De cautionibus denique in defenſione contra id contagium adhibendis.

p. 50. 6. LALOUETTE diſſ. med. chym. de modo, in corpore viuo, mediante mercurio viuo, plumbum ſoluendi, operi de ſcrophulis annexa; Gall. Vnam drachmam plumbi cum octo vnciis mercurii, vel e cinnabari, vel ſublimato corroſiuo reſuſcitati, vel zinco, vel

vel regulo antimonii admixti calori, humano ſimili. expoſitam nullo modo, a mercurio cum biſmutho p. 51. lente, ab illo cum regulo arſenici vnito maxime fuiſſe mutatam; ab vtroque mercurio magnas, profundiores ab illo cum regulo arſenici, eſcharas in aſinae veſica, in quam cum vna drachma plumbi quinque vnciae immiſſae, enatas; amalgama vero ex duodecim ſtanni totidemque mercurii vnciis rite paratum et digeſtum, ſex eius vnciis cum plumbeo tres pollices longo vnamque drachmam ponderante ſpecillo in vaſe vitreo igni lampadis in balneo Mariae expoſitis, octo horis elapſis totum ſoluiſſe plumbum, et in veſicam viui animalis immiſſum p. 52. idem praeſtitiſſe, veſicam non violaſſe. Eodem p. 50. amalgamate, per octo continuas noctes (quatuor tamen poſterioribus diebus nil plumbei cum mercurio regrediebatur) in veſicam illato, penitus ſolutam eſſe ſpecilli plumbei mercurio antea bene fricti, iſchuriae tollendae callique vlceris corrodendi cauſa in vrethram ab inflammatione et abſceſſu colli veſicae coarctatam immiſſi, tertiam partem, in veſica POINSABLII, gubernatoris Martinicae, experimentum in duabus aſinis factum antea conſpicientis, prorſusque incolumis facti, haerentem. Sic et eo- p. 52. dem mercurio cum ſtanno, cuius Anglicani vncia vna granum vnum arſenici, mercurio illam plumbum ſoluendi facultatem tribuentis, contineatur, in amalgama redacto, globum plumbeum femore diu incluſum penitus fuiſſe diſſolutum.

7. ERIC. ACHARII animaduerſſ. quaedam phyſ. med. de taenia ſ. verme ſolitario. Lundae 1782. 4. A MÜLLERO *), cum quo in plurimis conſentit, in p. 56. eo diſcrepat, quod omnes taeniae annulos definiti eſſe p. 58. a natiuitate numeri, congenitos, ſenſim, et quidem a cauda caput verſus perfectiores maioresque fieri

 putet.

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 588.

p. 56. putet. Non corpus, in quibusdam ſpeciebus non articuloſum, ſed capitis conformationem characte-
p. 58. rem genericum definire; oſcula, quibus multae taeniae careant, in aliarum inferiori tantum extremo, quo copioſum vermes vndique circumdantem mucum, nidum vulgo dictum, ſuperemineant, repe-
p. 57. riri, veraque eſſe ouaria; dolores verme increſcente ſenſim vehementiores ex maiori vi, qua ille ſubtili ſuo extremo ad ſe firmius figendum tendit, explicandos eſſe; ex annulis a verme ſeparatis nouum non produci vermem; de taeniarum ſexu et contа-
p. 59. gio nil certi determinari poſſe; quod congenitae ſint, taenias in foetu vtero adhuc incluſo et in quibusdam partibus et viſceribus, ad quae non niſi circulationis via, repertas, diuerſasque et diſtinctas earum in variis animalibus ſpecies perſpicue demonſtrare, taeniasque in aquis repertas a piſcibus fuiſſe iſtuc delatas. Qua in re tamen Diarii Auctor, taeniarum ouula certe in animantium corpora transferri putans, diſſentit. Taeniarum ſpecies ſecundum GOEZIVM, ſententiam de congenitis taeniis in particu-
p. 61. lari opere demonſtrante, enumerantur, notabilioresque *hydatigena* et *cerebrina*, morbi ouium, in Tuſcia aliisque Italiae locis *pazzia* vocati, mater, cenſentur. Variorum ſignorum taeniam praeſentem denotantium quodammodo conſtantiſſimum eſſe dolorem ſub praecordiis intenſum, pungentem magis et ſaeuum (*cruccioſo*) in ſiniſtro latere, quaſi periodicum, mane, ieiuno ventre, plenilunio et autumno ferociorem; vnicum tamen certiſſimum vermes cucurbitinos excretos, pro annulis taeniae vtique habendos: Noufferianum remedium eſſe ſpecificum, cum oleo ricini ad normam ODIERII combinandum, perque quosdam continuos dies aquis martialibus mineralibus praemittendis.

8. IO. THEOPH. WALTER tabb. neruor. thoracis et abdominis *). p. 81. – 84.

9. IOS. MAR. LVPIERI de microſcopio. Vicent. 1784. 8. Ital. Eſt prodromus obſeruationum anatomico-microſcopicarum adhuc edendarum. Earum microſcopio ſimplici factarum epocham ante 130. annos ſtatuit Cl. Auctor, licet compoſitum anno 1620. aut ab Italo FONTANA, aut a Batauis DREBBELIO et IANSENIO, de inuentionis gloria invicem diſputantibus, inuentum, et ſimplex inuentioni tuborum opticorum 400. annis ante iſtam epocham factae contemporaneum fuerit. MALPIGHII, LEEUWENHOECKII, aliorumque detectorum fontem fuiſſe HOOKII micrographiam 1667. editam. p. 84.

Microſcopii vtilitate exemplis comprobata, ſimplex nouum illud IO. BAPT. DI S. MARTINO deſcribitur, in quo loco globulorum in microſcopio DELLA TORRE obuiorum, et, quod in iis focus quartam partem a diametro remotus, minus vtilium, lenticulae octies millies obiectum maius reddentes collocatae ſunt. p. 85.

Varia tunc diſputantur de difficultate lucem accommodandi, de muſcae oculo pro diuerſo lucis gradu diuerſimode apparente; de lumine lampadis optimo, illo ſolis tantum in denſiſſimis corporibus adhibendo; de luce obiectum illuminante eo minori, quo magis hoc pellucidum, et quo minus acuta lens adhibita; de lente eo magis acuta, quo minus obiectum, de obiecto lente parum augente, antequam microſcopio ſubiiciatur, examinando; de diſtantia foci, eiusque varietatibus; de cautionibus et regulis in obſeruationibus microſcopicis obſervandis; de iis, quae microſcopio obiici ſoleant, cum exigui ponderis, tum etiam oculo nudo obiiciendis, negligentiaque potius obſeruatorum accuſanda. p. 86.

Votum denique declaratur, vt mutatione ſolidorum p. 87.

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 242. ſeq.

et fluidorum in diuerſis morbis microſcopio diſquiſita noua ſtabiliatur pathologia.

p. 88. 89. IO. PERC. POTTII Obſſ. de polypo narium, cancro ſcroti, et mortificatione pedis, eiusque digitorum. Angl. Polypis, in quibus operatio noceat, vel conueniat, qui integre, vel per partes tantum extrahi queant, facileque renaſcantur, deſcriptis, p. 90. oſtenditur, ſaepe duos, tres pluresue polypos radicibus ſuis diſtinctos, ſimul adeſſe, quorum ſuperiorum antea minorum et ab inferioribus compreſſorum his exſtirpatis ſuccedens incrementum, nouam polyporum productionem ſimulet: eſcharotica eſſe noxia, ligaturam inſufficientem, ſolam praeſtare extractionem forcipe, et in polypis ex naribus in fauces iuxta uvulam, extractione per os tentata facile laedendam, propendentibus, forfice inprimis parum p. 91. incuruata in narem immiſſa mediante. In inferiori ſcroti parte naſci primum vlcus ſuperficiale dolens, marginibus eleuatis et duris, celeriter poſtea per omnes membranas ad teſticulos, inde ad abdomen, praeſertim glandulas inguinales penetrare, moxque iſtud carcinoma letale fieri, locale eſſe a fuligine inter ſcroti rugas retento ortum, ex ſententia autem Auctoris periodici libri, *Avviſi ſopra la ſalute umana* 1784. editi, n. 15. morbum iſtum fumariorum p. 92. euerratoribus puberibus factis, in quibus limpidus intra elytroiden teſticulos irrigans liquor copioſior, impurus, rubicundus, meconioque mucoſo ſimilis, proprium ex valida tenerarum partium in tranſitu per fumaria Anglicana valde anguſta facta frictione potius eſſe explicandum. Eundem non niſi partis aegrae exſtirpatione diu non differenda curandum. Doloribus per totum pedem malleolosque raro vel minoribus, vel nullis, plerumque magnis nocturnis praegreſſis, primum in interna et extrema parte vnius, vel plurium minorum digitorum paruulas nigras

gras ſeu coeruleas apparere maculas, breui et celeriter, interdum tarde affici, intumeſcere, coloremque mutare, pedis partem ſuperiorem et malleolos, quandoque et partem cruris, cuticula deſquamata, et cute obſcura rubra malum increſcens indicantibus. In morbo hoc, plerumque letali, in viris, di- p. 93.
vitibus otioſis, prouectiori aetate, voracibus, irregularibus, podagrae analogis, pedum doloribus obnoxiis, non in potatoribus, et regulariter podagricis, frequentiori, nulla apparente partis ſeu habitus corporis aegritudine coniuncto, corticem Peruuianum nocere, prodeſſe autem opium, omni tri- vel
quadrihorio vno eius grano exhibendo, externe p. 94.
ſimul emollientibus applicandis, mortuaeque partis ſeparatione ſoli naturae relinquenda. Cl. Auctor Diarii corticem Peruuianum in gangraena, in qua ſola contagii idea locum habet, viriumque languor et atonia adeſt, vtilem, in ea, quae a vitali vi aucta, eaque, quae ab eretiſmo organorum ſenſus, neruoſa appellanda, et in pedis mortificatione occurrit, inutilem cenſet, BONIOLIque, Patauii Chirurgi, obſervationes de diuerſo gangraenae ortu et cura vt edantur, cupit.

11. Epiſt. de nonnullis modificationibus nouae p. 95.
de vapore expanſili animali theoriae ad Cl. ROSAM d. 2. Aug. 1784. Ital. Animari ſanguinem ROSA dixerat, ab aëre dephlogiſticato illi in pulmonibus admixto; Auctor vero, aërem hunc coniunctum in pulmonibus cum principio, aëri inflammabili oleoſo p. 96.
ſimili, ex alimentis in ſanguinem delato, in venis euoluto, ab arteriis, quarum contractilitatem ſtimulet, verſus craſſas ſanguinis partes propulſo, hasque magis expandente actiuasque reddente fieri fixum, in exſpirato aëre reperiundum. Vaporis ſanguinem viuificantis quantitatem ideo reſpiratione augeri non poſſe, tum enim non aſſumendum, reſpiratio-

nem, quae ſanguine magis expanſo, orgaſmoque corporis maiori frequentior et maior, fluidorum expanſionem, ſolidorumque orgaſmum temperare poſſe. Aërem dephlogiſticatum pulmonibus ſubmerſorum et ſuffocatorum immiſſum ideo eos in vitam reuocare, quod inflammabilem, qui in ſanguine euolutus, vaſa nimis diſtendit, indeque circulationem impedit, valde attrahat. Multoties mephites ſine dephlogiſticato aëre impune inſpirari poſſe, non igitur ab huius in-ſed potius ab inflammabilis oleoſi exſpiratione pendere ſubitam mortem, ab aſperae ar-
p. 97. teriae ligatura productam. Vaporem, aëri inflammabili ſimilem, vi ex ſua illaque aliorum cum ipſo mixtorum elementorum enata agere. Vaporem aethereum, partem atmoſphaerae ſpirabilem, pabulum vitae eſſe vocabula ROSAE vaga. Fluidum, circum particulas vaporum aëriformium atmoſphaeram formans, ab illis coniunctione cum aliis elementis ſecedens, iisque horum elementorum contactu ſublato ſe iterum iungens et ita vaporum iſtorum elaſticitatem pariens, adhuc eſſe comprobandum, nec abſolutum, nec relatiuum calorem ſecundum theoriam Crawfordianam eſſe poſſe. Ex hac non patere, abſolutum ſenſibilemque calorem potius eſſe materiam ſui generis, quam facultatem actioni caloris ſenſibilis reſiſtendi, et facilitatem, qua particulae motui inteſtino impreſſo obediunt. Sin electricis experimentis probari poſſet, elaſticitatem fluidorum aëriformium tum, cum ex aliis elementis euoluta, fluido electrico produci, credendum, fluidum hoc ex aëre atmoſphaerico, principio inflammabili euoluto ſe impraegnante, in ſanguinem deferri, nouaeque iſtius principii portioni vnitum in
p. 98. vaſis ſanguineis expandi. Quas ideas epiſtolae Auctorem in alio ſcripto fuſius eſſe demonſtraturum.

12. LA-

12. LALOUETTE Diſſ. altera de periculis, a vaſorum obductione ſtanno facta quaſi ineuitabilibus, remediisque iis, illisque ab aliis metallicis particulis medendi, Pariſ. 1782. Gall. Vaſis ſtanneis parum cupri, p. 99.
zinci, reguli antimonii ac biſmuthi ineſſe, maſſae vaſis p. 101.
culinaribus inductae ex partibus tribus ſtanni, vna plumbi, quinquageſima cupri, biſmuthi vel orichalci paratae, et ob arſenicum his metallis inſitum, per- p. 100.
nicioſae, drachmam vnam, vel vnam cum dimidia intra decem vel duodecim continuas horas ſolui, veroſimiliterque granum dimidium, vel vnum quo- p. 101.
cunque die, anno vero centum et octoginta grana certe ſanguini cum alimentis admiſceri. Vaſa igitur vernice bene imbuta, ſeu ex ferro excuſo ſtanno non obducto, ſeu ex argento puriſſimo parata praeferenda eſſe. In morbis ab illorum vaſorum vſu lente orientibus praeſtare aquas minerales, vaporem ſeu gas hepatico-ſulphureum continentes. Ar- p. 102.
tificibus prodeſſe inhalationem hepatis ſulphuris, ex partibus duabus alcali fixi calcarei, vnaque florum ſulphuris parati, emetica, ſi materia ventriculo adhaeret, vſumque ſaponis hepatico-ſulphurei vel mineralis, ex ſex iſtius hepatis ſulphuris vnciis aqua pura ſolutis, et quinque olei amygdalarum dulcium balneo Mariae mediante rite parandi, adultis tribus vel ſex granis cum mane, tum veſperi cum poculo ptiſanae purgantis exhibendis. Nobilem, ex vncia laudani liquidi SYDENHAMI deglutita moribundam, ſolo ſpiritus aceti cum aqua vſu reuocatam fuiſſe.

13. VRIGNAULDII nouae diſquiſitiones oeconomiae animalis, in 8. Pariſ. 1782. Gall. Liber hic p. 103.
in VIII. Sectiones diſtributus. Sect. I. de circulatione: eſſe vim *circulatoriam*, in arteriis ſenſibillimam, et *anticirculatoriam*, in morbo maiorem, periſtalticae et antiperiſtalticae inteſtinorum aequiparandas, ſanguinemque indole ſua elaſtica aërea compreſſioni

a ſo-

a ſolidis factae reſiſtere. Sect. II. de reſpiratione.
p. 105. In hac mutationes, quas aër ſubeat, et vita inprimis ceſſante producat, deſcribuntur, oſtenditurque aërem in pulmonibus et ſanguine ſemifixum, in humoribus, inprimis lympha, magis fixum, in ſolidis plane fixum eſſe, pariter ac fluidum nerueum organa
p. 107. ad functiones ſuas perficiendas incitare, inde et foetui per placentam ipſum attrahenti, et renouanti iam in vtero eſſe neceſſarium, foetumque, quum illum ſine grauiditatis non ita bene renouare queat,
p. 104. ad partum quaſi cogi. Totum reſpirationis negotium et organa cum illis digeſtionis comparantur,
105.
p. 106. et quamdiu aër ad reſpirationem aptus, ex HALESII mente explicatur. Sect. III. de digeſtione. Sect.
p. 131. IV. de coctione humorum, et ſecretione in genere. Sect. V. de ſecretione in ſpecie. Succum lacteum, ab arteriis, in ſuperficie glandularum conglobatarum ſerpentibus, in harum cellulas miſſum coloſtroque ſimilem, chylum adhuc crudum et aquoſum eſſe videri, euidenter aceſcentem in infantia inprimis, in qua ideo glandulae maiores, quo minus lympha alcalina, ſed animalis magis fiat, impedire, eam gelatinoſam reddendo efficere, vt fibrae diutius mollitiem et flexibilitatem ad incrementum ſuum neceſ-
p. 132. ſariam retineant; corporis incremento autem abſoluto ſucci iſtius minorem ſecerni copiam, inde lympha etiam degenere facta, ſuccos albuminoſos magis, terreos, et alcalinos abundare, et ſi excernantur, calculum et podagram gignere. In ſenectute autem humores pituitoſos et acres magis fieri. In ſequiori ſexu pubere facto diutius, et quidem, vſque dum menſtrua legitime ceſſent, glandulas conglobatas munere ſuo fungi, fibras humidas manere, ſuc-
p. 133. cum illum aceſcentem in grauiditatis initio praeprimis abundantem, digeſtionem laedere, cartilagines emollire et tumefacere fractique oſſis callo formando

do obſtare. Sect. VI. de motu et quiete. Sect. VII. de nutritione et decremento corporis. Sect. VIII. de organis ſenſuum, motuque animali. Sect. IX. de generatione.

14. Epiſtola et obſſ. de actione vaporis expanſilis animalis in producendo pulſu. Guaſtall. 1784. Ital. Contra Cl. ROSAM, ſe in hac re non perſpicue explicantem, contenditur, ſecundum theoriam Crawfordianam non aërem elaſticum, ſed ignem elementarem ad pulmonem deferri, aëremque phlogiſto ſanguinis in reſpiratione impraegnatum iſti calorem abſolutum ſuum, qui motu circulationis evolvatur, et ita calorem animalem illo vicinorum corporum ſuperiorem reddat, communicare, nec adeo motum caloris filium eſſe poſſe: ROSAque non elaſticum, ſed ſimpliciter expanſiles vapores, alterum in ſanguine, alterum in tunicis arterioſis aſſumente, pulſus irregulares, dicrotos, intermittentes, variasque a BORDEU et FOUQUET definitas eorum ſpecies obſeruationibus Auctoris Epiſtolae comprobatas explicari non poſſe. Concurrente potius ad ſenſibilitatem actionemque particularem arteriarum ſenſibilitate et actione omnium aliarum partium, pulſum, ſenſibilitatis arteriarum effectum, pro varia ſenſibilitate aliorum organorum, neruis et vaſis praeditorum, varium eſſe debere. p. 121. p. 122. p. 123.

15. MACQUART de aquae proprietate inprimis in arte medica. 8 Pariſ. 1783. Gall. Iam in Diarii huius primo tomo factis verbis de hoc libro, hic tantum pars de balneis perluſtratur. In qua variorum veterum de illis, eorumque vtilitate ſententiis expoſitis, balneisque Ruſſorum, Turcorum, recentiorumque Arabum deſcriptis, narratur, Indis nudis balnea ingreſſis totum corpus a ſeruis arte admirabili comprimi, iuncturas diſtendi, omnes vertebras vehementer concuti, partes magis carnoſas ſub p. 125.

ictum

ictum dari, corpus manicis crinitis fricari, calloſas partes pumicari, barbam pilosque radi, hisque peractis eos languentes dormire. Natationis in fluuiis iam nimis neglectae, ſubmerſosque in vitam reuocandi optima demonſtratur methodus. Balneorum diuerſorum vtilitate in ſano et morboſo hominis ſta-
p. 128. tu ex mente variorum Auctorum et MACQUARTI explanata docetur, balnea calida trigeſimum tertium, tepida vigeſimum quintum thermometri Reaumuriani gradum excedere non debere; haec cuilibet aetati et temperamento pluribusque morbis conuenire, inprimis melancholiae et maniae, embroche ex aqua frigida ſimul capiti illata, colloque et humeris linteo cerato obtectis, aegrisque
p. 129 iſtis ex GALENI, CELSI et RIVIERII mente poſt balneum inungendis; eadem tepida balnea in ſiccis et irritabilibus commendanda eſſe ad praecauendum abortum a tenſione fibrarum vteri foetus euolutionem impediente oriundum; frigida in variis morbis v. c. lethargo ab ebrietate, et omni, quo ſanguis rarefieri, neruorumque principium comprimi poteſt, obortis, in paralyſi chronica, quae ſaepe febre intermittente tollitur; ad auertendos rheumatiſmos et iſchiada, in quibus inueteratis calida proficiunt bal-
p. 130. nea. De embroche calida et frigida, diuerſis compoſitis et artefactis (adſtringentibus ſublimatum
p. 131. corroſiuum addit) balneis, cautionibus adhibendis, et ſcriptoribus de hoc argumento, in fine diſſeritur.
p. 134. 16. FABRI diſquiſitt. diuerſorum obiectorum Phyſiologiae, Pathologiae et Therapiae. 8. Pariſ. 1783. Gall. Omnes partes eſſe irritabiles, telam
p. 135. celluloſam, oſſa, membranas, nonniſi inflammatas dolere, HALLERVM, has partes in aegro ſtatu non ſtimu-
p. 136. lantem ſe fefelliſſe; irritabilitatem, veram caloris animalis cauſam, pendere a fluido nerueo non ob liberam cum cerebro communionem, ſed ob ſolam principiorum

rum conſtituentium naturam, indeque illam eſſe pro varia partium ſtructura variam. Fluidum nerueum ad cerebrum nunquam regredi, propelli autem non eleuatione tantum, ſed et preſſione cerebri intima, ipſius teneritati accommodata, a dura matre ganglio-rumque fibris muſcularibus (quae iam reiectae). p. 137.

In cerebro ſimplices ideas abſtractas, earum combi-nationem, memoriam et phantaſiam, in plexu ſoleo autem idearum in neruos impreſſionem ſenſoriumque commune ſedem habere. p. 138.

Inflammationem naſci materiae heterogeneae ſtimulo, humorum affluxum et infarctum pariente, febrim neruis, inprimis magno intercoſtali affecto, excitari, calorem oriri non a fluidorum, ſed ſolidorum attritu, venae ſectione, anodynis, emollientibus, immo et repercutientibus (in inflammatione partiali v. c. phlegmone, noxiis) eretiſmum tolli; p. 139.

Veteres ſuppurationem purulentam et putridam rite diſtinguere; in vlceribus benignis materiam eſſe magis diuiſam; carnis in vlceribus productionem fictam eſſe; obſervationibus patere, quod communio fontis puris in vulnere, ab amputatione membri enato, multisque aliis cum reliquis humoribus eo, quo ſuppuratio purulenta producitur, interrumpatur, nec niſi hac vitiata pateat. p. 141.

In tumoribus frigidis, condenſationi lymphae non adſcribendis, irritabilitatem lente in inflammatoriis vehementer excitari. Non viſcera obſtructa, ſed materiam heterogeneam extrema venarum irritantem haemorrhoides gignere. Aquarum fieri collectiones viſcere quodam irritato, et ab affectibus animi. DUPONUM recte neglexiſſe contra extenſionem, magis irritantem, luxatique oſſis repoſitionem impedientem. Opiniones illas HIPPOCRATIS regulis in morbis acutis exacte reſpondere. Vtilem denique fore miaſmatis venerei inſitionem, ſi lues venerea abuſu mercurii, aliaque de cauſa inuincibilis facta. p. 142.

12. 10.

p. 161. 12. IO. BAPTIST. BONNEFOY Diſſ. de applicatione electricitatis ad medicinam. Lugduni 1782.
p. 162 Gall. Electricitate naturali et artificiali phyſice con-
p. 164 ſiderata probabile cenſetur, fluidum electricum in pulmonibus ex aëre dephlogiſticato a ſanguine reſorberi, in cerebro, ad quod quinta pars totius ſanguinis feratur, iterum ſecerni, in ſemine, quod diu
p. 165. retinentes prae aliis ſcintillent, et in tenebris videant, ſic et in hydrophobia, hyſterico, aliisque nervorum morbis ſeſe manifeſtare; inter illud, neruosque, qui idioelectrici, et in torpedine abundent, eam eſſe, quae inter magnetem et ferrum, affinita-
p. 166. tem; illudque, quo vt nerueum agat, lymphae vnitum eſſe debere; irritabilitatis et ſenſibilitatis idem eſſe principium, illius abundantiam et inopiam characteres morborum tantum definire, quum morbi a nimia vel parca irritabilitate cauſis ſaepe non differant. Prodeſſe poſſe electricitatem in morbis ab imminuta irritabilitate. v. c. paralyſi, perdito ſenſu,
p. 167. ſurditate, gutta ſerena, aſphyxia; in morbis ab eadem aucta, ſcil. inflammatione, febribus, ſpaſmis, conuulſionibus, malo hyſterico, rheumatiſmis, iſchiade, podagra, cephalaea, odontalgia, (in quibus doloroſis morbis fluidum nerueum acri laedatur humo-
p. 168. re) vertigine, ſomnambuliſmo; maxime denique in morbis a ſtaſi et condenſatione humorum, velut tumoribus, ſcrophulis, anchyloſi ſpuria, pernionibus, fiſtula lacrymali a ſacci atonia, obſtructionibus, hydrope, lactis metaſtaſibus, ſuppreſſis menſtruis, fluore albo, haemorrhoidibus. Cum Gallis Auctor quidem poſitiuae et negatiuae electricitatis influxum in C. H. diſtinguit, non autem, an negatiua poſitiuae contrarium edat effectum, decidit, cautiones tamen in malis ab electricitatis vſu orientibus adhibendas variosque illam applicandi modos indicat.

18. MASCAGNI prodromus noui operis de ſy- p. 168.
ſtemate vaſorum lymphaticorum. Siena. 1784. *). - 173.

19. PERC. POTTII Obſſ. de illa ſpecie paralyſis artuum inferiorum, quae plerumque curuatura ſpinae coniuncta, et ab hac cauſa proueniens iudicatur. Angl. Eſſe morbum omni ſexui et aetati proprium, a vulgari neruoſa paralyſi diuerſum; in eo artus inferiores admodum rigidos, pedesque apice tantum terram petere; eius cauſam, in initio detectu difficilem, falſo haberi debilitatem; ponendam rariſſime in ictu ſpinae impulſo; duas, tres pluresue vel colli, vel dorſi, vel partis lumborum ſuperioris vertebras eſſe flexas; interdum et pectoris oſſa deformia; in primo morbi ſtadio volumen corporum flexarum vertebrarum parum auctum, laxioremque ſtructuram, ſic et ligamenta ad vertebras connectendas inepta; in ſecundo ſtadio omnia haec peiora, cartilaginesque intermedias ſimul laeſas; in tertio veram corporum vertebrarum cariem, cartilagines plane deſtructas, pusque in ſuperficie membranae ſpinalem medullam inuoluentis animaduerti. Praecipuum remedium, diu tamen, ſi omnia remouere velis, non differendum, in ſecundo etiam, non autem tertio ſtadio vtile eſſe cauſticum, quo eſchara quaſi oualis tres quartas pollicis longa, dimidiamque lata in vtroque curuaturae latere perficienda; inter vtramque tamen ſufficiente cutis parte relinquenda; cantharidumque puluere ad ſuppurationem etiam omnibus ſublatis malis ſuſtinendam omni tri- vel quatriduo inſpergendo. In alio POTTII ſcripto. 8. Lond. 1782. edito haec medendi methodus confirmatur, et, ſcrophuloſum vitium eſſe cauſam curuaturae ſpinae; hac apparente vertebras eroſas eſſe, nondum tamen tumére, praeſeruandique gratia ac in

p. 174.
p. 175.
p. 176.
p. 177.
p. 178.
p. 179.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXVII. p. 476. ſeqq.

in morbi initio fontanellas praeſtare affirmatur.

p. 186. 20. Hiſtoria ratiocinans tetani; Epiſt. D. G. B. MARZARI ad CALDANVM. Puella ſedecim annorum, nondum menſtruata, afficiebatur primum rheumatiſmo artuum inferiorum, lumbagine, dyſ-
p. 187. pnoea, tribus diebus poſt doloribus aliarum partium perparum intermittentibus, veroque tetano; poſtea loquela et deglutitione laeſa, orthopnoea, ſterni permagna eleuatione, rigiditate omnium partium, non autem digitorum manus, variisque aliis ſymptomatis, conuulſione frequenti, maxime autem duodecim guttulis laudani in ſeptem partes diuiſis, ita exacerbatis, vt ſyncope morti ſimilis. Vndecimo die excrementa alui partim ſeroſa, motus conuulſiui, febrisque imminuta, madida cutis, tetanus in opiſthotonum mutatus ad decimum quartum vſque diem,
p. 188. quo elapſo ſudores copioſiores, magisque vniuerſales, quarta ſeptimana exeunte priſtina ſanitas reſtituta, ſola pectoris anterioris gibboſitas tertio demum anno correcta. In ſecundo tertioque morbi ſtadio ſanguis pleuriticus e vena miſſus, et emollientia adhibita. Qua ex morbi hiſtoria varia concluduntur; v. c. tetani in opiſthotonum conuerſionem,
p. 189. a muſculorum anteriorum relaxatione ſi pendeat, optima praenuntiare; tetanum adhuc vltra quartum diem periculoſum eſſe; tetani ſpeciem a SAUVAGESIO tonicam ſine ſufficiente ratione, ab Auctore libri de diebus iudicatoriis febrilem vocatam, a rheumatiſmo acuto maiori extenſione et intenſione graduum tantum diuerſam, aptius rheumaticam appellandam eſſe, in hac non vere neruoſa non antiſpaſmodica, ſed antiphlogiſtica et emollientia prodeſſe.

p. 201. 21. I. B. PALLETTA de neruis crotaphitico et
–205. buccinatorio. 4. Mediol. 1784. cum tab. aen. *).

22. Sup-

*) Comment. noſtr. Vol. XXX. p. 434. ſq.

22. Supplementum ad primam partem experientiarum de nonnullis memorabilibus Phyſiologicis, cum quibusdam additamentis et illuſtrationibus vtilibus ad Epiſtolam V^tam pertinentibus. p. 206.

Verueces, quibus ſolae carotides ligatae, ſex menſibus adhuc poſt vixiſſe, animalia igitur ſublata reſpiratione citius mori, quam impedita circulatione vel corruptis reſciſſisue neruis, refuſcitari animalia enecata ſanguine arterioſo alius animalis in venas infuſo, eſſe igitur ſolum arterioſum ſanguinem, vt vnicum vaporis expanſilis vehiculum, verum agens oeconomiae animalis. Ex eo, quod macerata vaſa non vti cor teſtudinis pannulos demittant, arterias tunica muſculari carere, non decidit Auctor. Phaenomena in ſuffocatis vitulis et veruecibus vaporis interni per ſe ſolum agentis exiſtentiam probare. Ineſſe quidem aliis etiam fluidis vaporem expandentem, illum vero ſanguinis non eſſe aërem fixum, ſanguinem enim arterioſum vacuo ſubmiſſum verti in molle, nigerrimumque coagulum. Experimenta cum ſanguine arterioſo vituli et aëre vel inflammabili, vel dephlogiſticato in veſicis aut agitatis aut non agitatis facta docere, coagulum plus minusue cohaerere, quo maior minorue copia vaporis expanſilis ex ſanguine abeat, ſeque cum illis aëribus coniungat, illudque formari a fibra craſſa (*craſſamentoſa*), a vapore iſto libera facta. Veteres, licet experientias ſuas non patefecerint, melius quam recentiores cognouiſſe expanſile principium, de quo ideae Cl. ROSAE ex mente Auctoris Diarii vagae. Funiculo vmbilicali compreſſo tranſitum principii viuificantis ex matre in foetum interrumpi, indeque hunc mori. Annexa eſt epitome diſſertationum THOUVENELII de mechaniſmo et productis ſanguificationis an. 1777. et de natura, vſu et effectibus aëris an. 1780. editarum, ex qua patet, aërem atmo-

p. 206. p. 208. p. 206. p. 207. p. 209.

ſphaericum, vaſa cutis et pulmonum inhalantia intrantem, ſanguinem viuificare, ſanguificationemque perficere.

23. DEODATI DE DOLOMIEU iter in inſulas Liparienſes 1781. factum, ſeu notitia de iſtis inſulis inſeruiens hiſtoriae Vulcanorum, cum comm. de ſpecie Vulcani aëriuomi, et de temperatura climatis Melitenſis, et de differentia caloris realis et ſenſibilis.

p. 210. Pariſ. 1783. Ital. Summum calorem et frigus ſubito a Melitenſibus perceptum ab impuriſſimo ventorum auſtralium aëre tranſpirationem imminuente, et ab illam augente puriſſimo borealium aëre oboriri, mutationibus iſtis tamen a thermometro non indicatis.

p. 211. Quod autem aëris puritas ad perſpirationem frigusque ſenſibile augendum concurrat, inde patere, quia aëre agitato aqua marina inſulam circumdans purior, frigusque ſenſibilius factum. Caloris ſenſibilis et realis differentiae cauſam in improuiſa ventorum variatione quaerendam eſſe. Ad damna ab auſtralibus ventis auertenda praeter motum, liquores fortes, acidos, aquam congelatam Melitenſibus vſitatam, ſaepe repetitam, nec diu durantem in aqua demerſionem neglecto terſu, ſummae eſſe vtilitatis.

p. 211. 24. Examen magnetiſmi animalis etc. *)

— 215. 25. DE LA ROCHE diſquiſitiones de natura et cura febris puerperarum ſ. inflammatione viſcerum, feminas poſt partum afficiente. 12. Pariſ. 1783.

p. 216. Primarium et vna cum febre aucta eſſentiale huius ab HVLMIO et LEAKIO prae ceteris bene deſcripti morbi ſymptoma et ſignum eſſe dolorem ventris,

p. 217. ab vteri et ilaca regione plus minusue remotum nec

p. 218. intermittentem, morbum durare quinque ad vnde-

p. 219. cim vſque dies, rariſſime plures, cum peripneumonia et pleuritide coniunctum periculoſum, magis tamen inflammatione cerebri, rarius quidem, accedente;

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVIII. p. 453.

dente; in cadaueribus ventrem tumidum non autem durum, omentum, ventriculum et inteſtina inflammata, et gangraenoſa, ſerum et pus effuſum, vterum vero ſanum reperiri, interdum tamen huius parietibus partes chorii ſpongioſi, ab HVNTERO primum bene deſcripti, adhuc adhaeſiſſe; quare vterum laeſum creditum. Diarrhoeam, vomitum, dolores non eſſe pertimeſcendos, niſi pulſus, ex quo praecipua prognoſis, ſimul frequens, paruus et debilis. Tumorem ventris diarrhoeae accedentem, aphthas eſſe funeſta ſigna prognoſtica, bonum vero ſedimentum vrinae obſcure luteum. Lochia ſuppreſſa falſo pro morbi cauſa habita et in moribundis fluere. Eſſe morbum vere inflammatorium eryſipelatoſum, non niſi in fine ſuo putridum, nec vti ex mortuorum indice patet, vere epidemicum, eius praecipuam praediſponentem cauſam eſſe plethoram vaſorum viſcerum abdominalium in grauiditate compreſſorum poſt partum obortam; inde viſcera illa irritabiliora. Ex remediis abhibendis annotandum, venaeſectionem eſſe eſſentialem, puluerem JAMESII, vel ſextam grani tartari emetici partem omni quadrihorio datam fuiſſe, camphoram, qua, et ſanguinis miſſione plurimae vndecim relatarum aegrarum ſanata, inepte cardiacis et ſtimulantibus annumerari, veſicatoriis et Peruuiano cortice nonniſi in atonia vtendum eſſe. Minor iam morbi lethalitas ex indice Geneuae mortuarum patet; errores in cura puerperarum perluſtrantur. p. 220, 221. p. 222. p. 223. p. 224. p. 225. p. 226.

26. Vol. VIII^vum collectionis Opuſculorum medico-practicorum Florent. 1784, Ital. Auctor eſt IO. LUDW. TARGIONI. iam editor XXIII. Voluminum collectionis opuſculorum medico-phyſicorum, et VIII. ſcripti hebdomadalis, *Avviſi ſopra la ſalute umana*, appellati. Continetur hoc volumine FELIC. ASTI deſcriptio morborum Mantuae 1783. graſſan-

p. 227. tium (iis anni 1781. et 1782. iam in Vol. VII. deſcriptis). Fuerunt autumno anni 1782. magis hyeme pluvioſa frigida, annonaeque caritate ſaeuiente inter populum inprimis febres cum pleuritide et peripneumonia, maxime putrido inflammatoriae, contagioſae; vere poſt placido et temperato intermittentes et remittentes mitiores, vnaque morbilli epidemici, a climate
p. 228. Mantuano non pendentes, Maio et Iunio nobilibus et vrbanis inprimis, magis feminis, omni tamen aetati, grauiſſimis ſymptomatis moleſti ſeptimo die, ſaepe et
p. 229. citius, feliciter ſuperati, quorum acre ad corrigendum ASTI quolibet die drachmam pulueris ex cinnabaris antimonii, antimoniique diaphoretici non abluti ſuccino albo addito parati, pari quantitate compoſiti, tenellis minorem doſin, exhibuit. Morbillis licet ceſſantibus, febres tamen ad Iulium vſque permanſerunt, non autem contagioſae, ſimulque arthritici, apoplectici, ſoporoſi affectus, febresque rarae petechiales, copioſiores miliares. In apoplexia eſſentiali profuit diutior florum arnicae vſus: ſymptomatica excepit febres periodicas pernicioſas, iam Vol. VII. deſcriptas, aut remittentes continuas, a LE ROY et BORSIERIO expoſitas. De his duo funeſti relati caſus, alter *remittentis ſoporoſae ſenum*, a vapore carbonum in ae-
p. 231. gro nondum ſene; alter *lentae neruoſae lethargicae*, ob ſtaſin humorum in cerebro praegreſſam ſecundariae tantum vel ſymptomaticae in aegro diu calori ſolis, noctu poſt frigidae humidaeque tempeſtati ſe exponente. Miliares febres ſecundum variorum, praeſertim GASTELLIERII et BARAILONI, pro-
p. 232. priasque obſeruationes deſcriptae; aquae congelatae
p. 233. in iis non vltra triginta libras quotidie, et ceſſante febre minori quantitate propinatae vſus triſti exemplo illuſtratus. Aeſtatem calidiſſimam et ſiccam ſequente autumno frigido et humidiſſimo ad Decembris finem vſque febres contumaciores, vna apoplexiae,

xiae, ſolito frequentiores, rheumatiſmi, arthritis. In hac praecipue, ſenſim a duobus granis incipiendo, vnciam dimidiam, frigus ſi maius, integram *panaceae cinnabarinae Tompſoni* vel *mercurii diaphoretici*, praeſeruandique gratia diutius *pulueres antipodagricos Ducis Portlandiae, Principisque Mirandolae* exhibuit. TROLLI de febre epidemica in pago Belgioioſo p. 258.
eiusque vicinia poſt aeſtatem admodum calidam et ſiccam, autumnumque multum pluuioſum, nullis praecipuis morbis inſignes, Octobri 1782. incipiente. Eſſentiales iſti fuerunt in quibusdam pete- p. 260.
chiae, in aliis puſtulae miliares, in aliis cum hae, tum illae, vel coniunctim, vel hae primum, quatuor diebus poſt illae, quod et vice verſa; duo igitur diuerſi p. 261.
morbi et miaſmata. Hyeme morbus minus perni- p. 260.
cioſus ſaepe iam vndecimo die ceſſans, nunquam vltra decimum ſeptimum durans, ad quem vſque ſaepe perſtitit, vere 1783. grauior, plures afficiens, cum frequentiori exanthematum, ſaepe retrocedentium, complicatione. In eo nulla vera criſis, lyſis p. 259.
potius, nil certo mortem, ſurditas autem, pulſus p. 260.
ex celeri, paruo, depreſſo eleuatus, mollis factus, noctes quietiores, interdum oedemata dorſi pedis, crurumque calentium (raro enim alibi calor in- vel externus) ſalutem praenuntiarunt. Finitus tandem, p. 261.
copioſa pluuia vere exeunte delapſa, Maio Caſamattae et Stradellae, in pago Belgioioſo autem, ſenſim et accedentibus febribus intermittentibus autumnalibus Iulio, antea adhuc meteoriſmo abdominis, nonniſi camphorae in omni morbo cum antimonio p. 262
crudo commixtae, ac in clyſmatibus prae ceteris remediis adhibitae, cedente, auctus. Eundem morbum obſeruauit PINAROLI Caſtelpuſterlengi, vbi et Stradellae et tractu inter pagum Belgioioſo et Certoſam Ticinenſem, in quo licet pulſus fortis et durus, p. 263.
rubor faciei, cephalaea atrox, et deliria, CAMBIERI

feliciter tamen venaeſectonem neglexit, nec non, obſeruantibus ANGIOLINI, PIZZORNI, et FRAMBAGLIA, in Laumellinenſi, Alexandrino, et Voquerienſi territorio acceſſit cacochylia gaſtrica, emetica, purgantia et antiſeptica poſtulans, morbusque
p. 260. vere contagioſus fuit, a TROLLIO in pago Belgioioſo,
p. 263. licet omnis generis et aetatis homines affecerit, non talis animaduerſus. MALACARNE de epiploocele crurali ſiniſtra in viro triginta annorum ſubito vomitu, ventris dolore, ſopore et febre affecto, quarto iam die mortuo. Saccus hernioſus calloſus duos
p. 260. pollices longus, nucis ad inſtar craſſus, interna peritonaei facies, quae flaua glutinoſa materia obducta, vt et ventriculi deorſum tracti, incraſſatis tunicis inſignis, curuatura maior, et inteſtina inflammata. Pariter et omentum, anteriori inteſtinorum parti adhaerens, faſcia quadam tres pollices, in multis locis etiam digitum transuerſum lata, abdomen a dextris ſiniſtra verſus oblique in duas diuiſit partes, eiusque vaſa varicoſa, ſanguine turgida. In poſtrema ilei parte, coeco, colo modo conſtricto, modo duplo magis dilato, uvae quaſi torculari expreſſae, cum earum nucleis accumulatae; harum duo cumuli, coniuncti capitis infantilis magnitudinem habentes, in parte literam S. repraeſentante, aliusque conicus et tenaciſſimus prope coniunctionem cum recto vacuo et naturali, valuula morboſa
p. 265 coarctatam. BACIOCCHI de proſpera curatione aneuryſmatis veri cruralis ampliter et profunde ſphacelati. Tandem epiſtola CARDUCCI ad GIOVANELLIUM de iuuene quatuordecim annis poſt irritam inſitionem naturalibus variolis affecta.

p. 241. 27. WENCESL. TRNKA DE KRZOWITZ hiſto-
– 248. ria febris hecticae etc. *).

p. 249. 28. IAC. REZIAE ſpecimen obſſ. anat. et patho-
logica-

*) Comment. noſtr. Vol. XXVI. p. 442. ſqq.

logicarum. 8. Ticini 1784. Ad indagandas cauſas ob-
ſtructionis viſcerum cum augmento molis eorum con- p. 250.
iunctae, inprimis hepar et ſplenem in iſto morboſo
ſtatu diſquiſiuit, eumque cum ſano comparauit Inde
apparuit, eſſe ſemper certam inter vaſa, molemque
ſeu pondus viſcerum proportionem, v. c. in hepate
quinquaginta vncias ponderante diametrum non
vltra ſeptem, in eo ſeptuaginta vnciarum pondus
habente decem lineas, ſimilemque fuiſſe proportio-
nem inter hepaticam et ſplenicam arteriam, nec
ſolum maiorum, ſed et minutiſſimarum arteriarum
venarumque diametrum auctam, morbum igitur p. 251.
inepte obſtructionem vocari, et a dilatatione vaſo-
rum, indeque orto maiori humoris nutritii affluxu
pendere. Quod et incremento peluis et artuum
inferiorum foetus ligatis arteriis vmbilicalibus, pul-
monis obturato foramine ouali, vteri in grauiditate,
ac turgeſcentibus flexoribus manus, deltoide et bi-
cipite in athletis illuſtratur, et qua ratione vaſorum
dilatatione ſenſim maiori facta aegritudines orian- p. 252.
tur, luculenter exponitur. Obſeruauit Auctor ſin-
gularem valuulae Bauhini mechaniſmum. In natu-
rale coecum ſe terminaſſe colon diametro ſenſim p. 253.
maiori, quae antea vix illi tenuis inteſtini aequalis;
extremum ilei per tractum quatuor quinqueue pol-
licum ſolito amplius, in coli ſiniſtram inferiorem et
poſteriorem partem pone proceſſus vermiformis
originem rotundo oſtio inſertum, ibique aliquan-
tum conſtrictum. Ab huius ſuperiore et anteriore
parte magnos robuſtosque faſciculos fibrarum mu-
ſcularium circum coli principium ſe flexiſſe, ibique
craſſiores factos, ad oppoſitam ilei partem proce-
ſiſſe, nonnullos iſtorum a reliquis ſecedentes, et
quaſi in arcum flexos ſpirae in modum circum ilei
inferiorem partem ſe voluiſſe, alios ſubtiliores ab
ileo per radicem proceſſus vermiformis ſurſum ſe
explicuiſſe, robuſtiſſimasque illas carnoſas circulares

 fibras,

fibras, primum craſſiores, tunc ſenſim ſubtiliores,
validiſſimi ſphincteris ad inſtar per quatuor digito-
rum tranſuerſorum ſpatium extremum coli circum-
p. 254. dediſſe. Suſpicatur Auctor, in morbi ilei rariſſimis
caſibus, in quibus faeces, clyſmata, ſuppoſitoria euo-
muntur, cauſam in fabrica ſimiliter mutata potius,
quam alia re quaerendam eſſe. Exponit porro hi-
ſtoriam vaſorum lymphaticorum ab ASELLII tem-
poribus ad noſtra vſque, hisque vaſis, non venis,
cum particularum, mutua ſolidorum fluidorumque
actione conſumtarum, tum abundantis ſucci nutritii
p. 255. in ſanguinem reſorptionem tribuit, ex ipſa lymphae
natura comprobatam; probat ex glandularum con-
globatarum ſtructura, vaſorumque lymphaticorum
p. 256. diſtributione ſecerni ab arteriolis glandularum par-
tem ſanguinis magis aquoſam, aptam ad lympham,
qua cum in iſtis vaſis commiſcetur, diluendam,
p. 257. eiusque coagulum impediendum. Obſeruauit, vaſa
chylifera inteſtinorum ſecundi ordinis, ſeu ſuperfi-
cialia, non vti DUVERNOY dixerit, tunicae externae
inteſtinorum ſubiacere, ſed accurate in ſuperficie
illius fibrillis intexta eſſe, in faciebus inteſtinorum
a multiplicibus propaginibus ſubtiliſſimis, vbique
valuulis inſtructis, orìri; propagines has varie in cur-
ſu ſuo diuiſas inſulas vel paruula retia formare, et
in ductus maiores confluere; horum diametrum ſen-
ſim augeri, eosque diuerſa ac oppoſita directione in
angulum obtuſiſſimum concurrere, vnicumque in
truncum abire, hunc recta ex inteſtino ad meſente-
rium aſcendere, nec, vti DUVERNOY crediderit,
a ſolis profundis, ſed ab vtroque chyliferorum va-
ſorum genere formatum eſſe; eiusque diametrum
primum magnam, tum ſenſim imminutam, in glan-
dularum vicinia non raro duplo minorem fieri. An
eius dilatatio primitiua, vel affluxu humorum de-
p. 258. mum enata, non deciditur. In Tab. II^da ſuperficia-
lia

lia ieiuni depicta numeroſiora apparent, quam in fig. 7. Tab. I. prodromi MASCAGNI; in qua non illa permagna dilatatio truncorum per meſenterium diſtributorum, quam REZIA animaduertit; lymphatica vaſa a dorſo pedis per artum inferiorem producta, a REZIA deſcripta vid. fig. I. et 2. Tab. II. MASCAGNI. Tab. III. REZIAE progreſſum, ramos et anaſtomoſes vaſorum lymphaticorum in externa thoracis ſiniſtri ſuperficie, et ſub dorſi cute, ad axillares glandulas abeuntium repraeſentat.

29. CAROL. DE MERTENS Tr. de peſte, quae Moſcouiae an. 1771. graſſabatur. Vienn. 1784. Libellus a nobis *) iam laudatus, nunc contra SAMOILOWIZII ſcriptum **) de eadem peſte ſe defendendi gratia ab Auctore gallico idiomate editus. Eorum, quorum SAMOILOWITZ MERTENSIVM arguit, et ad probanda authentica affert teſtimonia, praecipua ſunt, MERTENSIVM tres tantum aegros, et in initio morbi vidiſſe, peſtemque, vti ipſe confeſſus, non cognoſcere, et omnia, quae de conſiliis datis, et cura orphanotrophei dixerit, falſa eſſe (orphanos enim viginti ſeptem ſolius DOURNOWOSII ſtudio ſeruatos eſſe). MERTENSIVS, ſe duodecim annis poſt demum refutari, miratus, ad dicta ſua, inprimis de ſententia ad Comites de SOLTIKOFF et GREG. ORLOWIVM, vt et ad de BACHMATEU regiminis frigidi obſeruandi reſpectu relata, comprobanda paria affert authentica teſtimonia, capta quaſi omnia

p. 288.

p. 301.

p. 289.

*) Vid. Comment. noſtr. tert. Decad. Supplem. IV. p. 692. qq.

**) Mémoire ſur la peſte, qui en 1771. enravagea l'empire de Ruſſie, ſur tout Moſcou la capitale, et ou ſont indiqués les remèdes pour la guérir, et les moyens, de ſ'en préſerver par Mr. de SAMOILOWITZ. Par. et Petrop. 1783. 8.

p. 301. omnia ex Secretis legati Ruſſici in aula Viennenſi, Principis de GALLIZIN. Forte, ait Auctor Diarii, litis diremtionem peroptans, in diuerſis et a ſe inuicem remotis noſocomiis duo hi Viri curam geſſe-
p. 294. runt. Contendit porro SAMOILOWITZ contra MERTENSIVM, peſtis, in qua putredo ſingularis et maxima, contagium non aëre mediante fieri, hominem enim in atrio, miaſmate peſtifero maxime infecto, impune commorari poſſe, et (quod tamen et MERTENSIVS concedit) atmoſphaeram Moſcouenſem peſte durante fuiſſe puriſſimam ac ſaluberrimam; bubones non critica, ſed ſymptomatica eſſe
p. 295. ſigna; eadem epidemia durante idem indiuiduum peſte bis affici non poſſe; ipſe tamen et POGA-
p. 294. RETSKY pluribus vicibus peſte eſt affectus. Cum MERTENSIO aſſerit, peſtis contagium non ſecundum corporum diſpoſitionem, ſed diuerſos inuaſionis gradus propagari, eamque in dimidio inuaſionis curſu, cum ſubtilius volatiliusque factum venenum, celerrime crudeliſſimeque minimo contactu
p. 297. nocuiſſe. Affirmat etiam, bubones perfecte maturos modo aperiendos, carbunculos non ſcarificandos: eos copioſos petechiis multis confluentibus, quo in caſu aegros nudos linteo aceto humefacto
p. 298. eſſe inuoluendos, aegros copioſis ventris, vrinae, menſtruorum excretionibus debilitatos, ſopore, ſyncope oppreſſos, in quibus diaphoreſis ſuppreſſa, frictione cum glacie facta (et in aliis morbis peſti ſimilibus commendanda) optime ſeruari; potu ſpirituoſo abutentibus peſtem ſemper mortem intuliſſe, ad
p. 300. illam tamen alimentorum qualitatem non diſponere, peſtisque infitionem vtiliſſimum eſſe praeſeruandi remedium. Quod a nonnullis Medicis, vti et ex ORREI deſcriptione peſtis Petropoli 1784. edita pateat, propoſitum, quia peſtis pluribus vicibus aggrediatur, et cautione adhibita euitari queat, reiectum

ctum fuiſſe MERTENSIVS aſſeuerat. Ad ſententiam de analogia inter miaſma varioloſum et peſtiferum comprobandam narratur ex PARISII diſſertatione *), variolas Enoſii omni ſexennio comparere, et ibi ac in Turcica qualibet terra peſte ceſſante ingredientes omnibus, niſi inſitis, lethiferas eſſe, nunquam ſimul cum peſte graſſari, iis aegrotantes vel his aſſidentes a peſte immunes eſſe, peſtem in locum, in quo variolae, caſu delatam, ſtatim ceſſare. p. 295.

30. VINC. MALACARNE Tr. de obſeruationibus in Chirurgia P. I. praecepta. P. 2. exempla. 8. Voll. II. Aug. Taurin. 1784. Pars prima in VIII. capita diuiſa regulas praeſcribit cum generales, tum diſſecanti, partesque corporis varie perluſtranti, tum Clinico, Phyſiologiae, Pathologiae, Hygienes et Therapiae – ſcientiis imbuto, aegros decenter accedenti et conſilia aut coram aut per literas danti; tum Therapeutico ſimpliciſſima remedia eligenti; tum denique cadauera morborum ad cauſas cognoſcendas ſecanti, beneque videnti narrantique ſcitu neceſſarias ac vtiles. Exempla Parte II. enarrata, lectu digniſſima, breuiſſimis tantum indicare liceat. Cap. I. Hydrocephalus infantis, probabiliter a difformitate ductus ſinuum lateralium, foraminumque lacerorum obortus. Ductuum dexter, quatuor lineas profundus, nouem latus, ſiniſter quinque latus et ſuperficialis; foraminis dextri apertura vix duas lineas cum dimidia, ſiniſtri vix vnam lineam lata, duabusque lingulis ab vtroque ductus latere in canalem quaſi productis coarctata. Mutationes in cranio, eiusque contentis factae, vt et aegritudines a miſero per ſeptendecim annos perpeſſae legi merentur. Foramina VALSALVAE ſolito ampliora plerumque eſſe, laceris irregularibus, et vere his in tribus fatuis deficientibus, illorum diametrum quatuor aequaſſe lineas. p. 302. p. 303. – 304. p. 305. p. 306. p. 308. p. 331. p. 333. p. 334.

*) De peſte a Fac. Med. Pariſ. 1775. coronat.

lineas. Cap. II. de glandula pituitaria et infundibulo obſeruata. Non dicit quidem, an, vti MVRRAY, gelationem cerebri ſuſceperit, in pluribus tamen cum eo conſentit, contra eum vero aſſerit, ſe iniiciendo detegere non potuiſſe, quod color impurus ruber infundibuli ſemper a vaſis ſanguiferis pendeat, ſaepe vero eius ſuperficiem vbique minutis hydati-
p. 335. dibus nudo oculo conſpicuis ornatam vidiſſe; infundibulo longitudinaliter ſecto in centro vel axi ſimulari quidem cauum a tunicis ſpiſſis et robuſtis eius ſemper morboſa cineritia lanugine, qualis multa cerebri caua inueſtiat, repleti, non vere autem adeſſe; tranſuerſim illo autem ſecto ex ſubiectis parietibus aliquid celluloſi ad inſtar extremitatis magni nerui reſciſſi exprimi; glandulam pituitariam eſſe conſtructam ex duobus anterioribus vnoque inferius poſteriusque ſito lobo; huius ſubſtantiam illi glandulae pinealis ſimilem, illos ſibi vnitos cor luſoriae chartae repraeſentantes, in cuius apice infundibulum cum tertio lobo nullam communionem habens inſeratur, videri duas infundibuli expanſiones parenchymate cineritio, vel cineritio ſanguinolento ple-
p. 336. nas. Ex vaſis lymphaticis glandulam et infundibulum circumdantibus, glandulae in vicinia maiorem vaſorum, inprimis carotidum, ſitu, ſtructura externa membranoſo-vaſculari, interna celluloſo-reticu-
p. 335. lata, humore has cellulas replente, cinereo-rubi-
p. 336. cundo, igne coagulabili, colligitur, in hac glandula lympham, priusquam ad ſanguinem redeat, depurari. Ex experimentis gelationis cerebri ab Auctore Diarii bis repetitis caui in infundibulo abſentia, communio lateralium ventriculorum tertio mediante, ſubſtantia infundibuli rubicunda ſpongioſa, infundibuli a tertio ventriculo ortus apparuit; eadem illa ventriculorum communio infuſo croci ſaturato in vnum lateralem iniecto com-

comprobata eſt; quod tamen ex tertio in alterum lateralem ductu, corpora ſtriata thalamosque neruorum opticorum interpoſito, mediante tranſire videbatur; quo infuſo quum mollis ſpongioſa infundibuli ſubſtantia non tincta, nouum caui in eo abſentis documentum. Cap. III. emendantur, quae Ill. HALLERVS in poſtrema Phyſiologiae ſuae editione de ſtructura cerebri, et inprimis de Auctoris encephalotomia diſſeruit. Cap. IV. de pondere p. 337.
cerebrorum et cerebellorum menyngibus denudatorum, numeroque laminarum in diuerſis indiuiduis, ex parte cum Cl. BONNET communicatum. Cap. V. fragmentum epiſtolae ad MICH. GIRARDI Parmenſem; de origine et curſu nonnullorum filamentorum, ab Auctore quondam pro neruis acceſſoriis tertii et quarti paris falſo habitorum, obiter tantum de veris originibus ſexti, ſeptimi, octaui, noni paris, magni paruique ſympathetici in Parte IV. Encephalotomiae mox edenda exactius deſcribendis, et fuſius de ortu olfactoriorum a ganglio SANTORINI ſenſim ad fiſſuram, in cerebri baſi anteriores lobos a mediis diuidentem, vſque diuergentium, ibique ex tribus albis, planis, non aeque longis, diuergendo ad baſin corporum ſtriatorum (per quam quomodo currant, accurate expoſitum) aſcendentibus faſciculis (*feltuccie*) compoſitorum. Cap. p. 338.
VI. de tunicis arteriarum, celluloſa, fibroſa ex fibris tantum tranſuerſis conſtructa, riteque deſcripta, et membranoſa; de duplici aorta, eiusque ramis praecipuis ad ſuperiores partes deſtinatis etiam duplicibus, ob diametrum ſenſim imminutam tamen ſangui- p. 339.
nis ſolito maiorem quantitatem ad eas partes non ferentibus; de ſolis ſubclauiis ex aortae arcu natis carotidesque gignentibus; de vtraque carotide ex ſubclauia dextra orta, icone illuſtrata; de mutata aortae diametro in ortu ſuo pone valuulas ſemilunares,

nares, et in arcu; de indurationibus et lithiaſi arteriarum; de aneuryſmatibus, in ſpecie illis a ſudatione ſanguinis per arteriarum parietes multum poroſos, duobus exemplis confirmatis; de toto ſyſtemate arterioſo in viro vino dedito, teſtae oui inſtar, ſolis digitis frangendo, nullo licet ſtructurae
p. 304. vitio animaduertendo; de valuularum ſemilunarium aortae et pulmonalis arteriae limbis, libero, et fixo, eorumque angulis, hamis (*arpione*) ab Auctore dictis, faſciculis fibrarum in duplicatura membranarum iſtarum valuularum repertis, difformitate et vitiis earumdem; de valuularum tricuſpida-
p. 341. lium ſtructura et vitiis; de anatis ſylueſtris corde penitus oſſificato. Legenda etiam Auctoris de valvularum, muſculorumque cordis, inprimis papillarium, in ſyſtole et diaſtole cordis varia actione. Cap. VII. de inſolito modo, quo natura in ſexagenario materiam tumoris folliculati euacuauit. Cap. VIII. analyſis aquarum Statellicarum (Acqui), ar-
p. 342. gentum viuum continentium. Cap. IX. de earum vſu in hernioſis, et ſubſtantiis vtiliter ſubſtituendis. Dedit in inueteratis incarceratis herniis cum ſucceſſu omni bihorio duas vini rubri auſteri ſale illarum thermarum ſaturati vncias, clyſmatibus ex aqua tepida, vel communi, vel Anglicano, vel ſale Canalis ab Auctore efficaciori experto ſaturata, ſimul adhibitis, cum plenaria ab omni alio cibo et potu abſtinentia: ita ſaepe et ſtrangulatam inteſtini partem reponi potuiſſe. Cap. X. Omentum, in duarum vltimarum coſtarum regione cum peritonaeo connatum, formauit funiculum calloſum digitum circiter latum, hunc arcuatim a concaua hepatis parte, obliquae per centrum regionis vmbilicalis ad peritonaei partem renem ſiniſtrum et ſplenem obtegentem vſque tenſum, inde velut cingulum palmae manus ſimile, varie ſpiſſum, ſed cartilagino-

laginoſum ſe expandiſſe, et inteſtina ſuperiora ab inferioribus ſeparaſſe, quare atrociſſimos dolores, tympanitidem, hydropem, gangraenam et mortem obortam. Cap. XI. continet obſeruationem in TARGIONI opuſculis enarratam. Cap. XII. Corroſiuo deglutito a iuuene, ſpaſmis et conuulſionibus terribilibus inde intra paucas horas enecato, oeſophagus inter caput tertiae et quartae coſtae corroſus et ruptus et ad diaphragma vſque exulceratus et inflammatus; in dextro thorace, oleo, ſanguilolento humore, aliisque ſubſtantiis repleto, lobus poſterior pulmonis ſphacelatus ita corroſus, vt vacua et ſegmenta cartilaginoſa mediarum bronchiorum ramificationum ſine praeparatione conſpicua. Corroſa porro quarta pars poſterior faciei internae coſtarum, vena azygos, rami vagi et intercoſtalis dextri, ſphaceloque affecta facies poſterior pulmonis ſiniſtri per duas ſuae longitudinis tertias. p. 343.

31. Meditationes et coniecturae de phaenomenis et viribus organiſationis c. h. deductae ex experientiis Phyſicorum recentiorum. p. 321–330. et 361. –

Harum, a nobis non fuſius recenſendarum ſumma haec eſt: Cl. ROSAM nec ſuis nec illis CRAWFORDII et SCHERLII ab ipſo allegatis experimentis decidere vnquam poſſe, eſſe principium per pulmones ſanguinem ingrediens, multoque minus, vapo- rem expanſilem in ſolidis et fluidis contentum eſſe obortum ex parte ſanguinis maxime animaliſata cum aëre dephlogiſticato, ſeu aethere, ſeu igne, ſeu materia caloris per pulmones intrante. 369. 401. – 409. et 441. – 449. p. 322.

Ex experientiis phyſicorum recentiorum potius ſequi, actione ſola virium, fibrae animali inhaerentium, et electricitate, frictione ſolidorum cum fluidis excitata, horum, inprimis ſanguinis, nonnullas particulas fieri expanſas, actiuas, et, ſi dicere velis, animaliſa- p. 330.

tas; aërem purum, ſiccum et agitatum particulas indolem aëris inflammabilis habentes maxime activas attrahere, illis ſe vnire, et ſecum ferre; attrahi etiam ab illis aërem humidum et ſtagnantem; vnione aëris dephlogiſticati cum ſubſtantiis, aëris inflammabilis naturam habentibus, ſalia, inprimis acida conſtituente, etiam acrimonias animales oriri poſſe, particulasque illas expanſas ac actiuas ab aëris atmoſphaerici parte dephlogiſticata in ſano hominum ſtatu exteriora verſus trahi. Quarum opinionum explicationes in ipſo Diario quae legantur, vtique dignae ſunt.

32. De ſpecifico lacertarum (*lucertole o ramar-*
p. 343. *ri*) ad curam radicalem cancri, leprae, luisque venereae nuper detecto.

Diu iam Indi in S. Chriſtoval d'Amatitan in lue
p. 345. venerea, ibi endemia, inueterata etiam, proſpero cum ſucceſſu ieiuni quolibet mane vnius lacertae (nonnulli trium) carnem crudam, adhuc calidam, capite, caudae, pedibus, cute, inteſtinisque ablatis, deglutiunt. Octo earum deglutitis a cancro dextrae partis labii ſuperioris penitus liberatus eſt morti iam proximus IOS. FERRERE Guatimalae, vbi, vt in Mexico, Malacae et Gadibus, in cancro lueque
p. 346. venerea lacertae feliciter expertae ſunt. Sic et, licet non tam celeri effectu, virides (*Ramarri*) multum Indicis ſimiles viſae, in Pedemontica a LVD. MO et RASERO, tardiori adhuc effectu vulgares cineritiae in cancro vaginae et orificii vteri, duobusque venereis in noſocomio maiori Mediolanenſi a IO. MARIA MAZZI *) oblatae ſunt. MALACARNII obſeruationes **) nouo ſpecifico minus fauent. De quo

*) TARGIONI Avviſi ſopra la ſalute umana 1785. n. 6. et 7.

*) TARGIONI Avviſi etc. 1784. n. 39. et 40. vbi tenta-

quo primum ſcripſit IOS. FLORES in opere Madriti p. 344.
1782, edito, a TARGIONI **) recenſito, quod, relata
ſimul analyſi chemica lacertarum, illisque Taurini
factis proſperis curis, in Italicum ſermonem a CAR.
MAR. TOSCANELLI verſum recenſetur in P. IV.
Vol. VII. Opuſcul. elect. Mediol. vbi et de experi-
mentis Genuae et Mediolani factis ſermo. De eodem
etiam legenda Diaria, Pariſinum et Londinenſe, po-
ſterius tamen curationibus narratis parum fidei ha- p. 346.
bet. In plurimis hoc remedio vſis ſenſus caloris p. 347.
vniuerſalis, copioſae ſudoris, vrinae, aluique excre-
tiones, poſtea ſaepe et ptyaliſmus. IO. FONTANA,
ex lacerta mediae magnitudinis quinque grana ſalis
volatilis facile ſeparabilis, cum exigua parte olei
animalis limpidi et foetidi aquae frigidae, qua ſolui
poteſt, ſubſtantiam mucilaginoſam tribuente, ex ea-
dem vero carnis viperae quantitate tantum tria gra-
na ſalis minus volatilis et foetidi obtinuit.

33. Epiſt. FRANC. TRIVISANI ad PETR. ZU-
LIANI, Prof. Phyſ. Patau. In hac, quam Caſtelfran-
co d. 20. Febr. 1785. ſcriptam Diarii tomo 1784.
edito iam infertam eſſe miramur, narratur, veretra-
rium mercurialibus fruſtra vſum, et emaciatum, vna p. 348.
lacerta, (Parietaria nempe) poſt coenam in oblata pri-
mum per viginti, poſtea menſe cum dimidio, quo
nullae lacertae propter frigus obtinendae, elapſo
iterum per viginti et quatuor dies deglutita, et co-
pioſe inde vrina ſaliuaque fluente, ab immobilitate
artuum, puſtulis faciei, et gummatibus crurum do-
lentibus plane liberatum eſſe, ſimul adhibito leui
infuſo, radicis Cannae Montanae, victu tenui ex

 pulte

tentamina Exper. Savligiano, Taurini et Mediola-
ni capta.

**) Ibid. 1783. n. 77.

p. 349. pulte hordeacea, vitulinaque et pullina carne, et omni octiduo leni purgante ob reiectas lacertas (ſemper enim per horam nauſea), et ſtrictam alvum. Easdem lacertas eodemque modo feminae quinquagenariae, in qua oculus dexter cum palpebris, ſuperciliis et parte zygomatis cancro exeſus, et ex orbita foetidiſſima acris ſanies cum ſanguine
p. 350. fluebat, propinatas, ab ea tamen propter nauſeam et vomitum nulla ſerie continua deglutiendas, nullam licet ſenſibilem euacuationem perficientes, aluo magis adſtricta, tantum tamen leuaminis attuliſſe, vt dolores ſopiti haemorrhagiae ſuppreſſae, ſanies viſcoſior, et odore ac colore melior facta fuerit, cruſtis vlcerum delabentibus.

Omnia de hoc ſpecifico tradita collegit IO. IAC. ROEMER in libro: ueber den Nutzen und Gebrauch der Eidechſen in Krebsſchaeden, der Luſtſeuche und verſchiedenen Hautkrankheiten, Leipz. 1788.

p. 369 – 374. 34. SAUNDERS Obſſ. de maiori efficacia Chin. rubrae etc. Lond. 1783. Edit. IV. *).

p. 374 – 381. 35. LAVR. NANNONI tr. de Chirurgia et Operat. Chir. Vol. I. **).

p. 381. p. 383. 36. Epiſt. IOS. ANDR. ZANDONELLAE ad GABR. MAZZOCCHI. Ital. Eſt recenſio critica epiſtolae MARZARI de tetano ſupra indicatae ***), qui arguitur tetani diuiſionem in vniuerſalem et partip. 384. cularem, veramque opiſthotoni a tetano differenp. 385. tiam ignoraſſe, in prognoſi ſua non accuratus eſſe, Hippocratem et alios auctores male intellexiſſe, ex vno exemplo vniuerſale quid ſine vlla ratione colligere, veramque vtilitatem, quam opium pulſum regularem frequentem et fortem reddendo praeſtiterit, non perſpexiſſe.
p. 389.

37. EN-

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 329. ſq.
**) Ibid. Vol. XXIX. p. 579–584.
***) vid. hoc Vol. p. 18.

37. ENGELB. WICHELHAUSEN diſſ. inaug. med. de phthiſi pituitoſa. Gotting. 4. 1783. Difficultas reſpirandi modo maior, modo minor, tuſſis et eiectio ſputi mucoſi plus minusue dulcis et acris, et febris lenta hectica morbum hunc ex mente auctoris conſtituunt. De quo relatis veterum et recentiorum ſententiis, negatur adeſſe vlcus pulmonum, niſi interdum acceſſorium, varia in variis periodis morbi obuenientia phaenomena rite deſcribuntur, opinio CHALMERSII, MVRRAYI, BRÜKMANNI de vero chylo ſputis mucoſis admixto ob chyli ex vaſis lacteis ad pulmones directum iter nullum, chylique quantitatem quotidie paratam enormi pituitae eodem tempore ſeparatae copiae neutiquam aequiparandam reiicitur. Ad ſputum mucoſum optime diſtinguendum illud vel acido vitriolico, vel ſale alcalino cauſtico ſoluendum, tumque aquam affundendam eſſe, quo facto mucum in filorum forma innatare. Abuſum radicum ſolani tuberoſi etiam ad morbum hunc producendum facere: laxitatem pulmonum, quum morbus ſaepe ſenes afficiat, non vnicam eſſe cauſam proximam, ſed ad eam potius omne referendum eſſe, quod folliculorum mucum ſecernentium officium turbare valeat; v. c. metaſtaſes, perſpirationem ſuppreſſam, irritationem bilis poſt peripneumonias et pleuritides bilioſas, colluuiem primarum viarum, tubercula pulmonum. Phthiſin a ſola laxitate pulmonum mitius lentiusque progredi, rariſſimeque in vlcus abire, pulmonibus tum pultis ad inſtar repertis; grauius vero, celeriusque progredi illam a metaſtaſi, ſaepiſſime cum vlcere pulmonum coniunctam, inde, licet nullo iure, ab auctoribus ad purulentas relatam. Lichenem Islandicum, cuius et radicis polygalae amarae vnciam vnam in ſedecim aquae ad dimidiae partis conſumtionem co-

p. 409. p. 410. p. 411. 412. p. 413. p. 414. p. 415. p. 416.

p. 417. ſtam pro doſi propinandam eſſe, in ſola pituitoſa phthiſi prodeſſe.

p. 418. – 431. et 449. – 461. 38. DOMIN. CIRILLO Obſſ. pract. de lue venerea. Neapol. 8. 1783. Ital.

Ex aliis eruditorum actis recenſiti ſunt, omiſſis iis, quorum notitia ex commentariis noſtris deſumta eſt, ſequentes:

Ex Tom. III. Societ. Reg. Med. Pariſ. per annum 1779. edit. 1782.

p. 27. I. LORRY de pinguedine humana P. I. in ſtatu naturali, differentiis eius in diuerſis hominibus, inprimis feminis, diuerſa aetate, diuerſis corporis locis. Eſſe in ea mucilaginem, qua oleoſa pars cum aqua coniungi poteſt; obeſiores minus abundare bile, diarrhoeam bilioſam menſtruorum locum quandoque tenere; tandem quomodo a variis acidis et alcalinis pinguedo mutetur. P. II. de morbis a nimia abundantia vel inopia pinguedinis; poſteriorem ad melancholiam diſponere, plerumque quidem ab acrimonia quadam, interdum autem a vitio ſingulari non ſemper facile definiendo pendere, de morbis a mucilaginoſa pinguedinis parte calore deſtructa, a pinguedine abuſu ſaponum vegetabilium, v. c. muſti et fructuum horaeorum autumno ſolemni, diſſoluta; acida vinculum inter mucilaginoſam et oleoſam partem ſoluentia, hanc condenſantia, et cachexiam, melancholiam parientia, reſorptioni, et liquationi pinguedinis reſiſtendo in initio phthiſis pulmonaris prodeſſe: de morbis a lacte cum pinguedine commixto, de vitiis pinguedinis diu latentibus, de pinguedine rhachitidis, elephantiaſis, ſcrophularum cauſa, licet non primaria. P. III. de vitiis particularibus pinguedinis in diuerſis corporis partibus, v. c. abſceſſu critico febrium acutarum, ſteatomatibus, tumoribus pinguedinoſis ſenum, pinguedine in omento, vel circum vmbilicum copioſe collecta;

p. 28.
p. 29.
p. 30.
p. 31.
p. 32.

macie

macie vnius partis vel a paralyſi vel ab iſchiade, ſae-
-pe phthiſin praenuntiante. Multis exemplis opi-
nio de influxu pinguedinis in corpus, eiusque ad
bilem relatione confirmatur. Collectione pingue-
dinis indies aucta nutritionem aliarum partium, di-
geſtionemque fuiſſe laeſam.

2. CORNETTE de nouo modo ſapones acidos
componendi, eorumque vſu in medicina. Quatuor
vnciis olei oliuarum in vitreo ſeu porphyreo morta-
rio condenſatis duae vnciae cum dimidia acidi vi-
triolici ſenſim affundendae, mixtum continuo et len-
te agitandum, per viginti et quatuor horas digeren-
dum, et poſtea aut aëri exponendum, aut, quod me- p. 33.
lius, cum aqua deſtillata ebulliente, cuius octo vnciae
ad quamlibet doſin ſufficiunt, commiſcendum, eſt
flauum, fit ſucceſſiue album et ſolidius. Componi
quidem poteſt cum eſſentialibus oleis, et illo amyg-
dalarum dulcium etc. ad vſum internum tamen olea
craſſa, velut minus acria praeſtant. Soluit, et agit,
vbi alcalini ſapones nil efficiunt.

3. ODIER de hydrocephalo interno, vel hydro- p. 71.
pe ventriculorum cerebri. Praecipua ſymptomata
eſſe cephalaeam, nauſeam, pulſum ex valde celeri
ſubito valde lentum et irregularem, ſoporem lethar-
gicum, inſenſibilitatem oculorum in luce, dilatatam
pupillam, conuulſiuos globi oculi motus. Sympto- p. 72.
matibus primae periodi, niſi cephalaea fixa, morbum
difficulter dignoſci et a febre verminoſa diſtingui.
Cum pulſu lento facto et plerumque quindecim die-
bus ante mortem incipere periodum ſecundam, in
qua oculi inprimis patiuntur; et quae per octo de-
cemue dies tantum durat. In tertia periodo, quae
paucis diebus ante mortem, pulſum ex lento et irre-
gulari iterum frequentem et debilem. Ex quatuor p. 73.
ab auctore reſtitutis vnum celeriter ad ſanitatem
rediiſſe, alterum primum imbecillem, penitus tum

ſanatum anaſarca accedente, in tertio diu remanſiſſe cephalaeam, anaſarca, qui morbi fuerat cauſa, redeunte tandem ſublatam. In ventriculis cerebri cuiusdam multis annis ante mortem ab hydrocephalo liberati nullum repertum eſſe hydropis veſtigium.

p. 74. Delicatulos facilius morbum ſuperare. Totum corpus veſicatoriis ab auctore fuiſſe obductum; ſquillitica non in hoc morbo prodeſſe, nec ſanguinis euacuationem.

p. 75. 4. RIBEIR. SANCHEZ de balneis vaporoſis Ruſſicis vt praeſeruantibus et multorum malorum re-

p. 76. mediis. Loco quatuor camerarum in balneis veterum et trium in Turcicis, vnam tantum eſſe in Ruſſicis, per hanc totam vapores aquae lateribus furni valde calefactis ſucceſſiue infuſae ſe expandere, et ex alueis aqua tepida et frigida plenis, furno huic vicinis, aquas in embroches forma in caput effundi; hunc modum praeſtare illo veterum, aquam fundo camerae infuſam igne ſubterraneo in vapores redu-

p. 77. centium, ideo inprimis, quoniam vaporum atmoſphaera ſemper renouetur. Peccare autem nonnullos Ruſſos, balnea vaporoſa ingredientes, antequam aqua calefactis lateribus infuſa, quatuor vel quinque horae poſt prandium elapſae, clyſma vel rhabarbarum in aluo obſtructa adhibitum fuerit, vel poſt

p. 78. ſanguinis lanceola aut hirudinibus factam euacuationem. Frictiones ſapone ſolo, vel vna ramis tiliae aqua calida emollitis poſt balnea factas vnctionibus veterum antecellere. Vtilitate horum balneorum in morbis acutis et chronicis demonſtrata, inprimis cum ſublimato corroſiuo et decoctis diaphoreticis in lue venerea inueterata, vt et in variolis, pleuritide, et cum decocto paeoniae (*gineſtra*) in fluore albo, aſſeuerat Cl. Auctor, ſe ad tranſpirationem ſenſibilem, quae in partu ſupprimi ſoleat, et plurimorum morborum in puerperis mater ſit, per primos

mos quatuor vel quinque dies ſuſtinendam proſpero cum euentu puerperas nudas manibusque et brachiis tectis, ac capite defenſo in lecto retinuiſſe, cibosque et potus calidos propinaſſe; balnea vero frigida et frictiones aut in morbis chronicis, aut praeſeruandi gratia tantum eſſe adhibendas, creditque balnea vaporoſa in hydrophobia tentari poſſe.

5. DE HOME Obſ. de aneuryſmate inſigni arteriae axillaris cum fractura duarum coſtarum. Parietes anteriores a fibroſa ſanguinis parte inſpiſſatas, poſteriores ſecundae et tertiae coſtae, vehementi pulſatione arteriae fractis, incumbentes attenuatos, tres vel quatuor libras ſanguinis contentas, cauſamque fuiſſe abuſum medicamenti ex mercurio crudo, ſpiritu nitri dulcis, ſpiritu vini et ſaccharo parati. p. 118.

6. SAILLANT diſquiſ. et obſſ. de epilepſia eſſentiali, vel vero morbo ſacro HIPPOCRATIS. Eſſe vel haereditarium, vel vehementi animi affectu aut cacochymia grauidae matris in foetu productum, vel a morboſa ſolidorum, inprimis oſſium cranii conformatione, aut, quod ſaepiſſime, a fluidorum vitio, vel abundantia in foetu vtero adhuc incluſo obortum. Epilepſia ab abundantia humorum ſecundum theoriam HIPPOCRATIS deſcripta narratur, eandem in vno aegro fontanella brachio applicata, in altero purgantibus, et inprimis nonnullis guttis oxymellis ſquillitici, vomitum pituitae perficientibus, ab auctore ſublatam eſſe. Cauſis et prognoſi ac cura ſecundum HIPPOCRATEM et GALENVM demonſtrata refertur, metaſtaſes morbum leuantes fontanellarum vſum in regionibus, in quibus morbus endemius, ſolemnem feciſſe, et purgantia, abſynthium, mel ſquilliticum, et pro potu ordinario oxymel, poſtea exercitium moderatum et iuſcula herbarum emollientium et incidentium in hac, aliisque p. 119. p. 120.

que epilepſiae ſpeciebus, neutiquam abſolute lethalibus, proficere, quod variis confirmatur exemplis.

p. 153. 7. HALLE' Obſſ. de phaenomenis et varietatibus vrinae in ſano ſtatu conſideratae. Diſquiſiuit, non
p. 154. autem chemice, vrinam mane, et ſeptem horis poſt coenam collectas ex iuuene perfecto, ſano, magis ſanguineo, quam bilioſo, forti, aſt non athletico, ſenſibili, non autem ſummopere irritabili; vitam ſobriam, regularem, et moderate actiuam degente; vſusque eſt vaſis perfecte conicis vndecim pollices altis, tresque amplis. Mutationum in vrina ſibi ipſi relicta obortarum tres conſtituit periodos, primam ſimplicis decompoſitionis a refrigerio et quiete
p. 155. productae, alteram decompoſitionis motu ſponta-
p. 156. neo factae, tertiam putrefactionis deciſae. Quibus
p. 157. accurate deſcriptis oſtenditur, in vrina contineri varia ſalia, materiam colorantem, materiam ſalinam terreſtrem et gelatinoſam. Hanc, vrinae partem eſſentialem, humore nutritio, cui ſimilis, vitiato, vti in inflammatoriis et catarrhalibus morbis purulentam fieri. Materiam colorantem, in morbis bilioſis copioſiorem, forte a bile formari. A terrea baſi oſſium, ab iis ſeparata, forte ſedimentum album, gypſo ſimile, in ſecunda periodo obſeruatum, et terrea ſedimenta vrinarum in podagricis vt et calculorum geneſin pendere.

p. 190. 8. ANDRY et THOURET diſquiſit. et obſſ. de vſu magnetis in medicina ſ. de magnetiſmo, vt medicamento conſiderato, factae iuſſu Soc. Reg. Med. Hiſtoria magnetis, ſententiisque veterum de eius vir-
p. 191. tute, poſtea recentiorum de eius et ferri efficacia in morbis neruorum relatis, MESMERI et D' HARSU
p. 192. de magnete opiniones indicantur, fluidum magneticum non vti electricum, neruos ſtimulare, nec in eos corpusque animale vllum habere influxum ex phyſicorum mente docetur. In parte ſecunda duabus

bus de quinquaginta obſeruationibus, cum ab auctoribus, tum a ſocietatis correſpondentibus factis comprobatur, dolores rheumaticos faciei, dentium, aliarumque partium, neruoſos renum capitisque, ſpaſmos ventriculi, pectoris, et extremorum conuulſiones, tremores, palpitationes, affectus ſoporoſos magnetibus arte factis applicatis aut immediate, aut paulo poſt ſopitos, et magnete ipſo adhibito interdum radicitus ſublatos eſſe. Quos ſalutares magnetis effectus, vti P. III. docet, adſcribi non poſſe frigori, quod eo tantum momento agere poteſt, quo ferrum magnetiſatum applicatur, quoniam diutius geſtatum, etſi temperaturam c. h. obtinuerit, tamen adhuc ſenſibiliter agit: nec preſſui et contactui, qui non adeo magni: nec frictioni, quae admodum leuis: nec ferrugini, quae valde exigua, magnetibus inuolutis p. 193. non competit, diuque poſt actionem magneticam manifeſtatam oritur: nec vi ferrum ex ſanguine et humoribus attrahendi, quod non ita comparatum, vt attrahi queat, nec in morbis neruorum abundat. Vim igitur magnetis in c. h. agendi non pendere a qualitatibus aliis corporibus communibus, diuerſamque eſſe ab ea, qua ferrum attrahit. Magnetis effectum in morbis ſimpliciter neruoſis proſperrimum, in morbis humorum cum neruorum adfectionibus complicatis exiguum, in ſolorum humorum aegritudinibus nullum eſſe; eum igitur non in humores, fibras et viſcera, ſed tantum et directe in neruos agere; horum non imminutae, ſed auctae actioni, et quidem illi, quae p. 194. a vera eorum debilitate pendeat, mederi, eſſe igitur antiſpaſmodicum ex tonicorum genere, vique electricae, quae ſtimulet et aperiat, et a qua differat, non inimicum. Eſſe diſquiſitiones has continuandas ad medicam artem a charlataneria cum rei nouitate iuncta purgandam, et, ſi fieri queat, numerum remediorum contra neruorum morbos augendum.

Ex

p. 33. Ex Diario ad Medic. Chirurg. et Pharmac. Paril. Tom. LX. P. II. 1783. To. LXI To. LXII. *).

p. 269. 1. GRATELOUP de abſceſſu hepatis a lapſu ex
p. 270. equo ſenſim oborto, ex quo aperto fere octo libras puris foetidi amurcae ſimilis effluxere cum leuamine quidem, ſed aeger trigeſimo primo die morbi et quatuor annis poſt lapſum rabidus obiit; in cadavere hepar permagnum pulmoque dexter cum diaphragmate cohaeſerunt, in pulmonis dextri extremo inferiori cauitas exulcerata, cum alia in parte conuexa ſiniſtra hepatis communionem habens, fuit, tresque poſteriores coſtae ſpuriae carie exeſae.

p. 271. 2. LE FEBURE de panaritio tertii generis, orto in pollice manus ſiniſtrae a ſpina impulſa. Aegra febre accedente partum ſeptem menſium cum dimidio edidit; ſed ſimul lochia ſuppreſſa, abdomen aliaeque partes oedematoſae, mamma ſiniſtra obſtructa. Lochia quidem reſtituta, ex variis partibus, in quas praeter mammam lac depoſitum, triginta menſurae (*pinte*) puris, ſero turbido, in quo caſeoſae partes,

p. 272. ſimilis, effluxerunt, oedema lenibus euacuantibus ſublatum. 3. VANDOUPE de incompleta vrinae retentione ab vteri inuerſione, eo repoſito ſanata, ſpaſmisque et conuulſionibus liquore anodyno Hofm. et laudano Sydenh. ſopitis. 4. MOREAU de retentione vrinae ab abſceſſu colli veſicae, ex quo aperto multae menſurae vrinae atrae et foetidae fluxerunt.

p. 63. Ex Actis Societatis Philoſophiae experimentalis Batauae, Roterodami ſtabilitae, Vol. V. 4. 1781. 1. Diſſertt. de natura, differentiis et commodis aërum factitiorum praemio ornatae. 2. TEN HAAFF Obſ. de cura herniae completae et incarceratae, ſine ſacci ſectione repoſitae. 3. VAN GESSCHER de ictu violen-

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVII. p. 279. (n. 2. ex T. LIX. p. 275.) p. 277. 279. ſqq.

violento in caput. 4. TEN HAAFF de ſurdidate et ſtrepitu aurium obſſ. et ratione iis iniectione per tubam Euſtachii medendi. 5. IO. VAN WY de aqua roſarum cum ſpiritu ſalis mixta in chemoſi, in qua album oculi magis, quam nigrum prominet. 6. BEGGERS de hydrope, ex vulnere, linguae a dentibus tempore conuulſionum aegrum vexantium illato, mulctram aquae foetidae et arenoſae intra viginti quatuor horas fundente, hocque effluxu, qui ſenſim imminuebatur, per octo dies durante, ſanato.

Ex *nouis Actis Acad. Reg. Berolin.* per ann. 1781. *).

Ex Tom. VI. *Comment. de Bononienſ. ſcient. et art. inſtitut. ac Acad.* p. 108.

Ex *Comment. Soc. Reg. ſcient. Gotting.* ad ann. 1778. et 1779. Voll. II. Gotting. 1779. 1780. breuiter indicantur commentationes medicae, earum ſexta Vol. II^di omiſſa **). p. 234.

Ex Tom. II. *Actor. Phyſic. et Mathem. ſociet. Italicae Veron.* 1784. p. 266.

1. MALACARNE, qui animum habet encephalotomiam vniuerſalem elaborandi, illam de auium cerebris in tract. V. diuidit: horum primum de internis et externis cranii parietibus reſpectu cerebri, eiusque neruorum, in pluribus quam quadringentis auibus, inprimis anſeribus et anatibus diſquiſitis, in hoc et primo Tomo exhibitum, poſtea tr. II. de menyngibus, III. de cerebro, IV. de cerebello, V. de neruis e cranii parietibus prodeuntibus, ſequentur. 2. SPALLANZANI obſſ. anatomicae et microſcopicae de veris organicis partibus capitis cochlearum reſecti iterum productis, et methodo cochlearum caput abſcindendi; ADANSONVM id efficere non potuiſſe, quum enecatarum caput amputauerit. p. 267. 3. SPALLANZANI epiſt. ad

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVIII. p. 33. ſq. 35. ſq.

**) ibid. Vol. XXVI. p. 87–96. et Vol. XXVIII. p. 3–9.

ad BONNETVM de nonnullis productionibus marinis, quae prodromum efficiunt promiſſi operis. Lumen aquae marinae a vermibus lucentibus (*luccioletie*) et aqua ipſa pendere; zoophyta, ſpongiis, quae vegetabiles ſint ſubſtantiae, exceptis, eſſe tot polypos coniunctos, et pauxillo terrae calcareae incruſtatos. De animali inprimis libero in burſa, non ſubſtantiae corneae, vti alia tubularia. Echinos modo ſpinis, modo cornibus mediantibus ſeſe mouere. Squillam, quam Bernardum eremitam vocant, ſe teſtae, quam vacuam reperit ſe iniicere, nec particularem habere. Experimenta multa ad analogiam inter ictum electricum, illumque torpedinis comprobandam. Punctionem paſtinacae non eſſe venenatam, ita autem creditam lacerationis reſpectu. 4. GIRARDI Epiſt. ad MALACARNIVM de organis reſpirationis in auibus. Eſſe laryngem illi quadrupedum ſimilem,
p. 268. Membrana, a nonnullis muſculis dilatanda vel contrahenda, coniungi annulos tracheae cartilaginoſos; hanc, in initio ſolito ampliorem, in fine conſtrictam, terminari in membranam planam, et vtrique lateri, a quo bronchia oriuntur, contiguam. Praeter hanc in fine tracheae carduelium, luſciniarum et canariarum reperiri globulum cartilaginoſum, cui nonnulli adhaereant muſculi, et a quo pendeat vox illarum acuta, vox autem humilis et profunda columbarum ab earum trachea in fine latiori. Membranulas paruas dimidium lumen canalis bronchiorum occupare. Pulmones hiare in varias cellulas, ſurſum et antrorſum adhaerere coſtis, deorſum et retrorſum carere pleura. Eſſe inter pericardium et hepar membranam diaphragmati et in motu analogam, nunquam tamen pulmones attingentem. Aërem ex pulmonibus per infinita foramina totque veſiculas tranſire ad abdomen, interſtitia hepatis et ingluuiei, collum, humerum, oſſa capitis, peluis et femoris,

femoris, inde aues reddi leuiores et ad volandum aptiores, earumque vocem fortiorem, diutiusque continuatam. 5. SCARPA gemellum femineum, maris vituli a vacca parti comitem (*vitello vacca freemartin* Anglorum) habere organa externa feminea, interna maſculina; et eſſe poſſe hermaphroditum, ens etiam in aliis animalium ſpeciebus exiſtens.

Ex *actis ſoc. med. Haunienſ.* 1777. 1779. Voll. II. p. 309. Vol. I.

1. RETZII hiſt. pharmaciae veterum, inprimis Graecorum. 2. AASKOW obſſ. de vſu opii, praecipue acido vitriolico correcti, in haemorrhagiis gravidarum et parturientium. Mixturae ex ſexaginta guttis ſpiritus vitrioli, triginta laudani Sydenhami cum aquae cinnamomi ſ. v. quatuor vnciis, dimidiaque ſyrupi papaueris rhoeados paratae dat omni hora cochleare. 3. DE BERGER obſſ. de morbis ventriculi. Feminam, quae ex abuſu potus calidi foetore p. 310. oris perpetuoque vomitu erat affecta, frigido cibo et potu fuiſſe ſanatam. Alium aegrum balneis frigidis, glacieque regioni ventriculi applicata. 4. CALLISEN de angina polypoſa, *Croup* Anglorum. Membranam polypoſam, firmam, ramoſam, cauam, aſperae arteriae multum ſimilem, a puero nouenario vomitu fuiſſe reiectam. Eam ſequi anginam catarrhalem, inflammatoriam, vel aphthis coniunctam et ab his internam tracheam obducentibus, mucoque purulento pendere, iam formatam difficulter curandam eſſe. 5. GVLBRAND de femina in grauiditate et lactatione ſine infantis ſui incommodo frequenter epileptica, et de paralyſi menſtruis reſtitutis curata. 6. SAXTORPH de grauida octimeſtri, de qua p. 311. propter copioſas haemorrhagias, placentae ſeparatae adſcriptas, foetus extractus, conuulſionibus inde et morte ſine vlla ſanguinis iactura correpta. Celerem vteri euacuationem, lentamque contractionem, qua vaſa cerebri et cordis in abdominis vaſa ſe exoneraue-

rint,

rint, mobilioresque partes, inprimis cerebrum flaccidum factum, mortis cauſam accuſandam eſſe. 7. SCHOENHEIDER de emetico mucum denſum abundantem eiiciente, apoplexiam ſanante. Eſſe huius morbi tertiam ſpeciem, a copioſo ventriculi muco pendentem, quam nulla ſequatur paralyſis; *cardialgicam* vocat. 8. BANG de ictero periodico nullis remediis radicitus tollendo, tandem veſicatoriis et piſulis ex
p. 312. cicuta perfecte curato; cuius cauſa probabiliſſima relaxatio cyſtidis felleae, affluxu humorum ab ictu hypochondrii oborto producta. 9. KOLPIN de empyemate ſub tendinum ſacrolumbaris in tres priores ſpurias coſtas inſertione, harum contuſionem
p. 313. tribus menſibus poſt excipiente. Tumore aperto primum coſtarum fracturam, de qua, quum illae craſſis muſculis tectae, antea nulla ſuſpicio, fuiſſe detectam. Tumorem aneuryſmatis ad inſtar pulſaſſe, eſſe igitur pulſationem incertum aneuryſmatis ſignum. 10. DE MEZA de quarto febris intermittentis, impetiginem, herpetesque vlceroſos mercurialibus curatos conſecutae, paroxyſmo iuueni letali; mercurialia forte humorem herpetum tantum inuoluiſſe. De gemelli dimidio corpore a ſano ſocio in vtero ita compreſſo, vt gangraena afficeretur. 11. ROGERT de partu, difficili a malo foetus poſitu, et de vero oua-
p. 314. riorum hydrope poſt mortem detecto. 12. AASKOW de veſicantibus in variis inflammatoriis, cum locali dolore coniunctis, morbis, de iisdem camphoratis toti abdomini applicatis, choleram atrocem ab vſu acrium purgantium natam feliciter tollentibus. 13. SAXTORPH de nonnullis placentae partibus poſt abortum ſeptimeſtrem in vtero relictis, duobus menſibus poſt materiis fibroſis, membranoſis foetidis, et, aqua frigida regioni vteri, in quem iniectiones factae, applicata, maſſa eiecta, quae funiculo vmbilicali praedita, et mola videbatur. Huic forte

ortum

ortum dediſſe relictas illas placentae partes, minusque periculoſum eſſe, totam placentam, quae in vtero non putreſcat, quam laceratae eius partes, magis ad corruptionem procliues, relinquere. 14. CALLISEN de herniotomia crurali ideo funeſta, quod omenti ſectio vnam lineam breuior facta fuerit; fuiſſe enim inteſtinum adhuc ab omento compreſſum relictum. 15. DE BERGER de nauſea, paroxyſmis febrilibus et inflatione ventriculi, inprimis poſt prandium. Omnibus remediis fruſtra tentatis, et vrinam excernendi ac reſpirandi difficultate cum tuſſe purulenta accedente, mortuam eſſe puellam. Ventriculi in vmbilicali et hypogaſtrica regione ſiti pylorum in lumbarem dextram deſcendiſſe, inde recta ad hypochondrium dextrum aſcendiſſe, duodenum poſt iter ſuum ſub veſicula fellea retrorſum flexum recta ſuper renem dextrum deſcendiſſe, iterumque verſus pancreas aſcendiſſe; ventriculum, colon, coecum flatibus diſtentum, in rene ſiniſtro vlcus, veſicam vrinariam contractam, ſanguine turgidam, pulmones contractos, paruulos, tuberculoſos, vlceroſos, et in dextri parte ſuperiore vomicam ſatis amplam. Vitia vero pulmonum et viarum vrinariarum nonniſi vltimis morbi diebus ſuſpicanda. 16. BANG de vago tumore oedematoſo indolente, oculos denique fixius occupante ſanato; de tumore genu fixo dolente, inunctionibus mercurialibus diſſipato; dolore autem inde per totum corpus diffuſo, inprimis accedente odontalgia, cardialgia, punctionibus in pectore cum febre et delirio, venam ſectam, clyſmata relaxantia, camphoram cum moſcho, et veſicatoria ſuris applicata fuiſſe, inde rediiſſe tumorem, tandem ſine aegri incommodo euanuiſſe. Eſſe vero hanc methodum propter celerem humorum infectionem inde oriundam non adeo commendandam. De femina denique arthritide anomala vexata, ſponp. 315. p. 316. p. 317.

taneo vomitu et diarrhoea, ac veſicantibus ſanata.
p. 351. 17. AASKOW de herpete faciei vnguentis retropulſo, indeque orta magna reſpirandi difficultate cum dolore et tumore ſub coſtis ſpuriis lateris dextri; quo tandem aeger mortuus. Fuiſſe lobos pulmonis poſteriores atro ſanguine turgidos, dextram inprimis partem mediaſtini, vt et diaphragma in medio partis dextrae anterioris inflammatum. Nihilominus aegrum non deliraſſe, quum cerebrum non ſimul fuerit inflammatum. Illi tumori vero ortum praebuiſſe hepar a diaphragmate depreſſum. 18. GVLBRAND de vtilitate ſetaceorum et fontanellarum in ophthalmia arthritico-venerea pertinaciſſima viri, et in ſpina ventoſa pueri, ſeſe tumore genu dextri dolente, ſpongioſo, liquore rubro pleno, et
p. 352. vlceribus ſanguinolentis manifeſtante. 19. CALLISEN de epiploocele congenita in cadauere nobilis quinquagenarii reperta, ſymptomatibus poſterioris morbi nullam licet indicantibus. 20. ABILDGAARD de hydropica, in qua primum paruulus tantum tumor in tarſis, et cuius malum remedia non tolle-
p. 353. bant, modo leuabant. In cadauere fuiſſe repertas viginti et duas libras aquae valde acris, duas in colo ſarcomatoſas excreſcentias rubras, ceraſo eiusque pedunculo magnitudine ſimiles, (a quibus purulentas alui excretiones, poſtremo tempore obſeruatas, natas eſſe Auctor putat) et inſignem pinguedinis copiam in meſenterio, meſocolo, inter pancreas et ventriculum, a qua ortum eſſe illum hydropem, cuius ſignum characteriſticum probabiliter ſit flamma ardens per oeſophagum aſcendere viſa, in hac aegra animaduerſa, in alioque a WADIO obſeruato *).
p. 354. Quam ſententiam etiam confirmat 21. DE BERGER, purulentas excretiones autem a muco inteſtinali,

*) Medical obſ. and inquiries by a Soc. of Phyſ. in London Vol. III. p. 69.

nali, ſeu pinguedine meſocoli, per inteſtina deſtillante deriuans. Aliud conſtans phaenomenon in hac obſtructione eſſe dolorem intolerabilem a poplite ad ſuram vſque. Pancreas interdum in eodem eſſe ſcirrhoſum, cancroſum, friabile. Valde laudatur gummi ammoniacum. 22. ENSLER de mercatore p. 355. vitae ſedentariae dedito, icterico, ſex annis ante obitum, et quidem per duos annos intolerabilibus perpetuisque anxietatibus, et horrore ab aqua cruciato. Quae poſtea ceſſare viſa eſſe, permanſiſſe tamen virium et appetitus proſtrationem, maciem, et acceſſiſſe febrem, a qua ptyaliſmo (qui obſtructi pancreatis et ſplenis ſignum pathognomicum eſſe fertur) liberatum aegrum vno anno et dimidio ante mortem dolore et duritie ſub coſtis ſpuriis ſiniſtris, et ardore praecordiorum vertiginem producente vexatum; decocto graminis cum tartaro tartariſato, et ſale ammoniaco leuatum. Repertum nil pingue- p. 354. dinis in omento et meſenterio, hepar ſolito maius, ſcirrhoſum, in variis locis pure plenum, conuexa parte peritonaeo, et, ſubſtantia fibroſa compacta mediante, diaphragmati annexum; in veſica fellea duas vncias bilis atro-viridis, denſae, acris; ventriculum ſub hepate latentem, contractum, pylorum ſcirrhoſum, ſteatomata in omento paruo, ſplenem paruulum, ſpongioſum ex viridi cineritium, exſanguem, inteſtina magna ex parte gangraenoſa. 23. KOELPIN de ſanato emphyſemate vniuerſali, p. 355. inprimis pectoris, dorſi, colli, capitis dextri, in milite ab alto delapſo. Emphyſema non eſſe certum fracturae coſtarum ſignum, nec pendere ab externo, ſed ſaepe ab illo aëre, qui humores animales in quadam parte ſtagnantes degeneresque factos conſti- p. 356. tuit. 24. AASKOW de egregia emeticorum, inprimis ipecacuanhae vtilitate in tuſſi conuulſiua, vulgo *pagana* dicta, in qua ſolus moſchus interdum iuuit.

25. LELLIE de aſcitico ſquilla curato. Quam praeſtantiorem, et alia emetica in ſolo hydrope conuenire, in quo nullum vitium topicum, ſed ſola laxitas vniuerſalis, vel vera diatheſis hydropica, vbi et conveniat paracenteſis. 26. CALLISEN patellam a ſo-
p. 357. la violentia inflexo genu frangi. Calli in fracta patella productionem impediri a ligamento mucoſo, et ſubſtantia celluloſo-glanduloſa, quae in anteriori articuli parte genu extenſo a ligamento cruciato anteriori, et minori trochleae femoris cauitate compreſſa vaſorum prolongationi reſiſtat. 27. DE BERGER de quindecim moſchi granis quater intra viginti quatuor horas in tuſſi conuulſiua ita feliciter propinatis, vt quatuor vel octo doſes ſuffecerint, nec ſumme delicatulis nocuerint, 28. SIEBERN de tertio teſticulo vna cum inteſtino ex abdomine elapſo, et in huius repoſitione detecto. 29. TODE obſ. de inſitione variolarum. Methodo SCHVLZII praeferendam eſſe inſitionem lanceola, cuius apex antea in pus varioloſum immerſus; delicatulis et ſenſibi-
p. 358. libus variolas minus eſſe pertimeſcendas, pediluuia ſinapiſmos, et alia optima deriuantia ad affluxum ſanguinis ad caput, innoxium, impediendum parum facere; aërem frigidum varioloſis non vtilem fuiſſe, ſed modo purum in camera parum calefacta.

p. 390. Vol. II. 1. EISCHEL de ſcarlatina epidemica ann. 1776. et 1777. obſeruata. Huius ſymptoma praecipuum dolorem faucium, earundemque et linguae albae mucoſae tumorem fuiſſe, tresque varietates; in prima, quae plerumque in pueris, anim-
p. 391. aduerſum eſſe exanthema aequaliter per totam cutem diffuſum, vno die vix elapſo apparens, et deſquamationem tertio die, ſudore non ſatis critico, ſurditatem cum effluxu materiae foetidae obſcure tinctae ex auribus, parotidumque tumorem, quas indolentes parumque duras, quarumque ſuppurationem non

non certo criticam fuiſſe, raro apoplexiam eruptionis tempore aegros enecaſſe. In altera exanthema tertio demum die, partiale, raro in facie, ſaepiſſime p. 392.
copioſum in articulis, febrem irregulari modo remittentem, pulſum interdum naturalem, tertio vel quarto poſt eruptionem die deſquamationem, qua in brachiis facta haec obtecta veſiculis ſimilibus albis miliaribus, vel vna maiori conformi illis, quae aphthis maiores, vlceribus venereis ſimiles in hac et tertia varietate, nulla exanthematis eruptione diſtincta, fauces occuparunt. In vtraque etiam ptyaliſmum criticum, eoque interdum remanente a faucibus ad ſcrobiculum cordis vſque calorem vrentem, nec non in altera diarrhoeam criticam, obſeruatam eſſe, criſin vero in omnibus praecipue ſudore abſolutam. Methodus medendi et ſymptomata ſupera- p. 391.
to morbo obſeruata, in quibus cardialgia, tandem deſcribuntur. 2. DE MEZA de eadem epidemia Hafniae aeſtate 1777. obſeruata. Animaduertit p. 392.
aegros in prima varietate maxime affectos, cutem in manibus non farinae, ſed membranularum vel veſicularum ad inſtar deſquamatam, raro mortem, niſi in principio calefacientium, vel in fine aëris frigidi abuſus factus fuerit, ſecutam; Octobri morbum graviorem, praeſertim in faucibus; morbo ſuperato epilepſiam vel phthiſin non adeo pertimeſcendas. 3. BANG autumno 1777 morbum frequentiorem, delicatulis et feminis contagioſum, in eo pulſum celeriorem, quam in alia febre, plerumque tenſum, raro depreſſum, cruſtam ſanguinis pleuriticam, vrinam cum ſedimento albo obſcure flauam; eo durante ſolitos hac aetate morbos non frequentes; hyeme ſequente vero ſimul rheumatiſmos, inflammationes inprimis pectoris, raro febrem putridam; morbo ſuperato raro maniam obſeruauit. 4. AASKOW hyeme 1778. Haf- p. 393.
niae ſcarlatinam cum dolore et tumore externi colli

minus grauem, cum tumore et inflammatione membranae Schneiderianae, alarum naſi vel partium faciei proximarum periculoſiorem, in acceſſu febris putridae vlcera faucium gangraenoſa, vomitum, deliria et conuulſiones, plerumque mala prognoſtica, anginam ſine ſcarlatina minus periculoſam ea, quae cum ea coniuncta et ptyaliſmo, ſudore, haemorrhagia ſeu abſceſſu aurium vel extremi digiti finita.

p. 432. 5. KOELPIN de fiſtula vrinaria in perinaeo, et vrethra perfecte clauſa ſectione curatis. 6. SAXTORPH de aqua frigida et aceto, ad haemorrhagias poſt partum ſiſtendas in vterum iniiciendis. 7. GVLBRAND de maculoſo haemorrhagico WERLHOFII in delicatulo vicenario obſeruato: ſanguinem atrum et foetidum ex ore et pectore copioſe fluxiſſe, collum, pectus et dorſum paruulis atro-rubris, petechiis ſimilibus, crura et femora maioribus, liuidis maculis obtectas fuiſſe, viribus non proſtratis, lingua humida, pura, pulſu molli, paruo, parum frequenti, capite et pectore indolente, leuiter tantum oppreſſo, aluo obſtructa. Methodum antiphlogiſticam fruſtraneam, aegrumque mannatis, et Chinae cortice cum acido vitrio-

p. 433. lico vix aliquot per dies in viuis conſeruandum, in cadauere nil niſi ſuperficialem poſterioris partis pulmonis dextri mortificationem repertam fuiſſe. In morbo hoc raro ſanguinem pariter ac in febribus putridis eſſe diſſolutum, illum vero a ſola hac ſolutione pendentem, non vti has, inficere, nequidem cum aegro dormientes. 8) SCHOENHEIDER de malo hyſterico periodico Chinae cortice curato. 9. BANG tr. de febre putrida, a Collegio medico Hafnienſi 1777 praemio ornatus. Febrem putridam, quondam ſub variis denominationibus cognitam, pariter ac hodie frequentem fuiſſe, vti et ex diariis obſeruationibus in noſocomio Fridericiano

p. 434. ab anno 1757 factis pateat. A maligna difficulter eſſe

eſſe diſtinguendam, nec eſſentialiter differre, Auctoresque in ſignificatione vocis *malignus* inter ſe non conuenire. Symptomatis primariis et eſſentialibus febris putridae definitis, ea deſcribuntur, quae in illa cum variolis, angina et pleuritide complicata occurrunt, et docetur, ad quaenam a medico, peripneumoniam a febre putrida diſtinguente, attendendum. Curatio conſueta. 10. SAXTORPH de capite foetus ſemeſtris pedibus extracti abrupto, praeter- p. 435.
naturali vteri conſtrictione retento, excreto autem naturalibus ad partum doloribus iterum obortis poſt conſtrictionem illam venaeſectione et anodynis ſublatam. Quibus his in caſibus inflammationem impediendam, curamque naturae relinquendam. 11. GVLBRAND nonnullae obſeruationes practicae. Feminam affectibus pectoris, deglutitione difficili, et dolore in regione hepatis vexatam, abſceſſu ſub ſcapula dextra curatam eſſe. Dolorem fixum in genu a rheumatica febre relictum copioſa vrinae valde ſalinae excretione diſſipatum fuiſſe. 12. SCHOENHEIDER de mercurio dulci cum duplo ſacchari, et pauxillo magneſiae in lacte dando infantibus venereis. 13. DE MEZA de phthiſi venerea vnctionibus mercurialibus et ptyaliſmo curata. 14. BANG de febribus intermittentibus cum aliis morbis complicatis. 15. TODE de hepatitide in viro, ab itinere in Indiam orientalem reduce, ad LINDII modum curata. Multum bilis denſae per aluum excretum et p. 436.
ptyaliſmus morbum ſuſtulerunt. 17. ROGERT de iſchuria ab vteri retrouerſione anteriori, eo repoſito curata in grauida, incuruo corpore diu ſegetes in campis colligente, placentam parti anteriori annexam gerente. 18. SAXTORPH de ouario dextro permagno materia ſetacea et pilis pleno, cauſa retentionis vrinae, aegra viuente vteri prolapſui adſcriptae. 19. DE MEZA de hydropica, in qua omnia

remedia fruſtranea, quinque annis poſt diarrhoea foetida colliquatiua ſanata. 20. BANG de oleo Aſphalti in phthiſi nunquam noxio. Paucas ſufficere guttas, breui agere, et inprimis ſi malum recens pus excernere. 21. CALLISEN de duabus herniis cruralibus raris, de aluo ob inteſtinorum paralyſin obſtructa, de haemorrhagia ani letali etc.

p. 358. Ex *Diarii Medici Londinenſis* Vol. V. 1784. 1. recenſio operis FONTANAE de venenis, quae tantum indicatur. 2. Ex epitome Partis I. Vol. LXXIII. Actorum Societatis Regiae Londinenſis, SCHOTTII Diſſ. de ſarcocele enormis magnitudinis in Aethio-
p. 359. pe *) obſeruata. 3. Mutationes in noua editione
p. 401. pharmacopoeae Edinburgenſis factae. 4. WHITI de natura et cauſis tumorum in extremitatibus inferioribus puerperis contingentium, et de lactatio-
p. 463. ne **). 5. HOWARDI Obſſ. de hydrocele ſetacei
p. 464. ope curanda ***). 6. DENMAN ad SIMMONS obſſ. quibus probatur, iis in caſibus, in quibus extremitates ſuperiores foetus procidunt, partum ſpontaneo foetus motu perfici poſſe. Sunt numero triginta, quatuor earum ab ipſo Auctore factae. 7. WHITE meditationes de natura et cura carcinomatum ad SIMMONSIVM. Malum modo locale optime operatione tolli, ſuffimigiis et emplaſtris puris reſorptionem impediri, adiuuarique actionem internorum remediorum, ſine quibus forte carcinomata curari poſſint; mercurium, cicutam, corticemque Peruuianum effectus ab Auctoribus decantatos non praeſti-
p. 465. tiſſe. 7. HAMILTONI ad SIMMONSIVM documenta de bono opii effectu in gangraena. Tribus aegris opii magnam quantitatem cum fructu dedit.

Libri breuiter indicati et in indice ad miſcellanea relati ſunt ſequentes:

I. BVT-

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXX. p. 645. ſq.

**) Ibid. Vol. XXVI. p. 623. ſqq.

***) Ibid. Vol. XXVII. p. 283. ſq.

1. BVTTER de febre remittente infantum. Lond. 1782. Anglice ſcript. prodiit vero Edinburgi. Ita nominat febrim verminoſam vulgo, a SAUVAGESIO hecticam dictam. Signa diagnoſtica eſſe ſoporem in duplicatura, vigilias in remiſſione febris, capitis ventrisque dolorem, appetitum proſtratum, ſitin mediocrem, faeces mucoſas. Febrem eſſe vel acutam vel lentam, vel cum virium iactura coniunctam. Eius cauſam non vermes, ſed ſaburram primarum viarum. Omnes morbos pendere a principio irritationis, ideoque dolendum, quod remedio ſpaſmos paucis horis tollere valente careamus. In laxa aluo, et lenta febre cicutam adhibendam eſſe. p. 38.

2. GVIL. ALEXANDRI diſquiſitiones de cauſis morborum putridorum Lond. 1781. Anglice ſcript. Has non eſſe calorem, humiditatem, effluuia putrefactorum corporum, diutiorem in locis paludoſis commorationem, ſed motum fluidorum imminutum, aut auctum vna cum nouorum, inprimis antiſepticorum alimentorum defectu. p. 39.

3. HAGENII tentamen noui ſyſtematis artis obſtetriciae Vol. 2. 8. Berol. 1782. Germanice ſcript. Sola forcipe Leuretiana ad foetum capite, aliaque ad eundem pedibus extrahendum, vncisque altero obtuſo, altero acuto vtitur, reliquis inſtrumentis reiectis. p. 40.

4. DIMLERI diſſ. med. difficultates in curatione morborum infantilium obuenientes ſuccincte exponens. Gotting. 1782.

5. BODE diſſ. de ſanguinis detractionis recto vſu in morbis bilioſis. Gotting. 1782. Quando conueniat, et quaenam pericula ea pariat, docetur.

6. BELLII ſyſtema chirurgiae. Lond. 1783. Vol. I. 8. Anglice ſcript. Agit de futuris, ligaturis arteriarum, aliisque remediis haemorrhagiam ſiſtendi, diuerſis ſanguinem mittendi modis, aneuryſmatibus, herniis, haematocele, morbis teſticulorum.

p. 79. 7. LEE de ſingulari phaenomeno in podagrico. Lond. 1782. Anglice ſcript. Aegrum prouecta aetate, et debilem ſedimento vrinae glutinoſo, foetido et viridi fuiſſe alleuatum.

p. 80. 8. Anonymi noua cogitata de vero vſu electricitatis in medicina. Cumberl. 1782. Anglice ſcript. Brachio et manui a fractura male curata emaciato vim et nutrimentum ictibus electricis reddidit, contenditque electricitatem in laxitate parum, magis autem in rigiditate, et tenſione prodeſſe.

9. BLACKII breuis hiſtoria medicinae et chirurgiae ab ortu ad praeſens vſque tempus. Lond. 1782. 8. pagg. 300. Simplex index operum et auctorum de hac materia. Recentiora detecta de analyſi aërum auctori non ex omni parte cognita.

10. I. N. LIEBERKÜHN diſſertationes IV. Lond. 1782. in indice non indicatae. Editae ſunt a SHELDONO: I. de valuula coli, et vſu proceſſus vermiformis. II de ſtructura et actione villorum in inteſtinis tenuibus. III. de modo vaſa viſcerum iniiciendi. IV. de microſcopio anatomico.

p. 199. 11. NANNONI iudicium de veneno venereo. Florent. 1784. Italice ſcript. Inunctionum mercurialium prae caeteris vtilitatem XVIII obſeruationibus comprobat, auctoritate medicorum in Gallia, Anglia et Italia, in quibus terris optima perluſtrauit noſocomia, fretus.

p. 200. 12. DAWSON de ſecuro et efficaci remedio contra morbos oculorum, et palpebrarum. Lond. 1782. Anglice ſcript. Hoc a NETTLETONO feliciter adhibitum, Auctori ab HEYO communicatum, ex vnciis octo butyri, vna argenti viui in vna vncia aquae fortis ſoluti, drachmisque duabus camphorae in duabus vnciis olei oliuarum ſolutis componitur.

13. GREGORY conſpectus medicinae theoreti-

cae

cae ad vſum academicum. Edit. II^da. 8. Vol. 2. Lond. 1783. prodiit vero 1782 *).

14. THEOPH. SCHAEFFER tentamina theoreti- p. 238.
cae medicinae. Norimb. 1782. Germanice ſcript. de motu et mixtione humorum. A vegetabilibus ad animalia tranſit, neruisque ſummum in oeconomiam animalem influxum tribuit.

15. REIDII tentamen de natura et cura phthiſis p. 239.
pulmonalis. 8. Lond. 1782. Anglice ſcript. Prima periodo inflammatoria rite tractata et ſuperata ipecacuanham omni mane ad leuem vomitum vſque, veſpera vero elixir paregoricum propinandum, malo progrediente illam mane et veſperi, ante cubitum vero elixir vitrioli dandum eſſe.

16. IO. HOWARDI tr. de vi medica mercurii. Lond. 1782. anglice ſcript. Hunc fundere, attenuare, et quodammodo ad putrefactionem diſponere humores, in delicatulis tamen vt ſimplex alterans adhibendum eſſe, applicationes locales, vt et omnia vitriolica, ſaturnina, mercurialia, cauſtica praeparata, vitio locali quidem, non autem vniuerſali mederi.

17. LOMBARD diſſ. de pretio euacuantium in p. 240.
cura vulnerum recentium etc. Argent. 1782. Gallice ſcript. **).

18. MELART diſſert. de tempore exhibendi emetica in febribus intermittentibus maxime opportuno. Argent. 1782. Ante paroxyſmum, primis viis valde repletis, et ſpaſmi tollendi gratia in parua doſi; paroxyſmo finito, primis viis non adeo refertis, ſudorisque excitandi cauſa, exhibenda eſſe.

19. PROSSERI tract. de bronchocele, et methodo eam curandi Ed. III. Lond. 1782. Anglice ſcript. Eam eſſe ſimilem hydropi ouarii.

20. SERAIN nouae diſquiſitiones de generatio- p. 273.
ne

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXVII. p. 579. ſqq.

**) ibid. Vol. XXIIX. p. 433. ſqq.

ne corporum organiſatorum, adi. nonnullae coniecturae de principiis corporum, et noua theoria de terra. Vol. I. 12. pagg. 145. Pariſ. 1784. Gallice ſcript. Coniunctione ſeminis maſculini cum feminino et ouario in vterum delato produci nonnullas veſiculas, in harum qualibet ſingularem contineri liquorem, ex ea, quae primum mutetur, naſci cerebrum et neruos; hos ad viciniores veſiculas, in quibus humor in ſanguinem conuerſus, peruenientes irritari, veſiculasque contrahendo cor et vaſa formare.

p. 274. 21. MATTHEWS obſſ. de morbis hepatis, quibus Europaei in India orientali ſubiecti. 8. Lond. 1783. Anglice ſcript. De hepatitide, febre bilioſa putrida, et dyſenteria hepatica. Petechias eſſe interdum criticas, morbum venereum et hepatitidem, quum in vtroque malo ſanguis miſſus eiusdem qualitatis ſit, mercuriusque conueniat, analogos eſſe morbos.

22. GARDANE de ſpecie colicae in nauibus obſeruata, in conſeſſu publico Facult. med. Pariſ. d. 1. Sept. 1783. lect. Gallice ſcript. Affici ea ſolos praefectos melancholicos, vitae ſedentariae deditos. Praecipua eſſe ſymptomata flauum oculorum et faciei colorem, defectum virium, vomitum materiae viridis, dolores in regione epigaſtrica, obſtructionem alui frequentem, motus ſpaſmodicos. Falſo ab auctoribus haberi pro bilioſa, ſimilem magis eſſe

p. 275. neruoſae pictonum. Cauſam eſſe metallicas praeparationes ad cameras, in quibus praefecti commorantur, expingendas adhibitas.

23. HENSLERI hiſtoria luis venereae Vol. I. Alton. 1783. Germanice ſcript. *).

p. 276. 24. VIGAROUN obſſ. de complicatione ſymptomatum venereorum cum illis aliorum venenorum, et mediis ea ſanandi. Pariſ. 1784. Gallice ſcript. De compli-

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXVIII. p. 438. ſqq.

complicatione illorum cum ſcrophulis, rheumatiſmo, podagra, rhachitide, cancro, ſcorbuto etc. ſexp. 277.
iuuenum ab vna eademque femina infectorum exemplis inprimis illuſtrata. Eſſe mercurialia, praeſertim vnguentum cum antiſcorbuticis, tonicis, dulcificantibus etc. coniungendum, ptyaliſmum vero euitandum.

25. LOMBARDI diſſ. de vſu euacuantium in cura tumorum etc. Argent. 1784 *) Gallice ſcript.

26. DE CROIX tractatus phyſicochemicus in p. 279.
forma dialogi adi. tabula combinationum notiſſimarum in chemia, cum nomine effectuum earum. Vol. I. 8. Inſul. 1784. Auctor omiſſionis nouae theoriae de aëribus, duorumque aliorum errorum accuſatur.

27. Anonymus de cura gonorrhoeae, et vna parte ſequelarum eius. Auguſtae Vindel. 2782. Germanice ſcript. Monet, in ea et ad ſolidorum flui- p. 280.
dorumque qualitatem eſſe attendendum, magnam eſſe analogiam inter catarrhum, et gonorrhoeam, inde et inflammatoriam, bilioſam etc. ſtatuendam.

28. MASARS DE CAZELLES de electricitate medica. Pariſ. 1783. Gallice ſcript. Vſus eſt ea vna cum aliis remediis in rheumatiſmo, iſchiade, paralyſi, hemiplegia etc. ſanauitque ſeptuaginta et duos aegros.

29. Remedium ſummum contra hydropem in vſum publicum patefactum, Lond. 1784. Anglice ſcript. Omni biduo, ieiuno ventre, aegro pulueris ſubtiliſſimi ſeminum Geniſtae vnciam vnam cum vini albi poculo vno et dimidio per duodecim horas digeſtam propinandam, ipſi poſtea per vnam horam cum dimidia ambulandum, tunc duas vncias olei oliuarum deglutiendas, et adhuc per horam nil alimenti capiendum eſſe.

30. VN-

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXVIII. p. 438. ſeqq.

p. 318. 30. VNDERWOOD tr. de vlceribus crurum cum introductione de exulceratione, et ortu puris boni. Lond. 1783. Anglice ſcript. Vlcera in cruribus propter neruorum paruam in his actionem medicamentis reſiſtere, ideo valde ſtimulantia, et in ſcrophuloſis tale vnguentum, ſetaceumque applicandum eſſe.

31. WOOFFENDALE obſſ. pract. de dentibus humanis, Lond. 1783. Anglice ſcript. Laudantur: arguitur tamen auctor naturae parum relinquere, myſterialem facere, aliorum praxin reiicere, ſaepe tamen nullam meliorem docere. Dentes neruis carere, et variolis affici.

32. LASSVS tentamen hiſtoricum et criticum de detectis in anatomia veterum et recentiorum. Vol. I. 8. Pariſ. 1784. Gallice ſcript. Veteres anatomicos mere philoſophos, non medicos fuiſſe, et
p. 319. anatomiam ab HIPPOCRATE ipſo non ad praxin medicam neceſſariam eſſe habitam. Carolum V. an. 1556. Doctoribus Salamancae conſultis ſectionem cadauerum approbantibus, medicos excitaſſe, inde facta fuiſſe inuenta.

33. CHAMBON DE MONTAUX de morbis feminarum. Vol. 2. 12. Pariſ. 1784. Gallice ſcript. *), cuius libri recenſio promittitur.

34. BALINI ars herniis medendi, opus vtile hoc morbo affectis, in quo melior faſcias aptas conſtruendi methodus deſcripta. Pariſ. 1784. Gallice ſcript. Genera a loco et ſpecies a natura partium contentarum determinantur.

p. 320. 35. De applicatione vtili extracti ſaturnini in affectibus externis. Hal. 1783. Germanice ſcript. In VIII. ſectionibus morbi, in quibus ſaturnina, quae, ne aqua vegeto-minerali excepta, laudata commoda non ſemper praeſtant, et caute adhibenda, applicari ſolent, examinantur.

36. RO-

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVI. p. 652. ſqq.

36. ROBERT ROBERTSON obſſ. de febre carcerum, noſodochiorum, et nauium. Lond. 1783. Anglice ſcript. Cum LINDIO in principio febris nauium emeticorum et veſicatoriorum, in fine corticis Peruuiani vtilitatem ſtatuit.

37. PARK noua ratio tumores articulorum genu et cubiti curandi ad POTTIVM. Lond. 1783. Anglice ſcript. Exſtirpandam articulationem, relictis integumentis et muſculis.

38. RIGBY tentamen de vſu corticis rubri Peruuiani in cura intermittentium. Lond. 1783. Anglice ſcript. Comprobatur, lectoresque ad SAUNDERSII de hoc cortice obſeruationes legendas excitantur.

39. IO. FRID. KNOK analecta practica de haemoptyſi et ſubſequente pulmonum vlcere. Gotting. 1782. Omnes recentiorum de illa obſeruationes collectae; obſeruatione RICHTERI, in aſthmatica facta, impurae materiae accumulationes, morbo bilioſo vel vermibus productas, cum veris vomicis non confundendas, demonſtratur.

40. CAR. DE MERTENS obſeruationes medicae, Tom. 2. 8. Vindob. 1778. *), quarum epitome promittitur. p. 399.

41. GVIL. CVLLEN primae lineae medicinae practicae 8. Vol. 4. Edinb. 1784. Anglice ſcript. **). Eſt editio quarta auctior et correctior. Promittitur recenſio. p. 400.

42. BENI. BELLII ſyſtema chirurgiae 8. Edinburg. 1784. Tom. II. Reliquis tomis acceptis totius operis dabitur epitome.

43. ALETOPHILI epiſt. ad Diarii medici Veneti ſcriptorem. 8. Miſopol. 1785. pagg. 36. In qua recenſio p. 437.

*) Comment. noſtr. III. Decad. Suppl. IV. p. 688. ſqq.

**) Ibid. Vol. XXVI. p. 399. ſqq.

cenſio prodromi MASCAGNI de vaſis lymphaticis *) vituperatur, et pro iniuſta et non exacta habetur Diarii auctor ſe ideo defendit.

p. 438. 44. SPENCE tractatus obſtetriciae artis theoreticus et practicus, tabulis aeneis illuſtratus. 8. Edinb. 1784. Solitas in hac re materias pertractat, annexo
p. 439. hiſtorico et chronologico auctorum artis obſtetriciae catalogo.

45. CHR. GVIL. HVFELANDI diſſ. med. ſiſtens vſum materiae electricae in aſphyxia experimentis illuſtratum. Gotting. 1783. Examinatis diuerſis electricitatis effectibus in ſanis et aegris aſphyxiae duo diſtinguuntur ſtatus, in quorum vno irritabilitas penitus, altero non plane deſtructa. Puellam trium annorum, ex feneſtra duodecim pedes ſuper terram delapſam, mortuamque viſam a SQUIRIO, teſte HAWE-
p. 440. SIO, viginti minutis poſt, quum nec pulſus, nec reſpiratio percipienda, ſcintillarum extractione fruſtra tentata, decem vehementibus ictibus mediante lagena pectori illatis percuſſam, viginti et quinque minutis poſt ſuſpiraſſe, non autem manifeſto reſpiraſſe, pulſu ſimul obſcuro. Aliis tribus ictibus datis vomuiſſe, clamaſſe, ex vena ſecta tamen nil ſanguinis effluxiſſe. Debilioribus tandem quatuor aliis in pectus factis impulſibus reſpirationem et pulſum plane rediiſſe. Praeter id adhuc alia ſunt collecta exempla. . .

Praeterea in hoc Diarii tomo continentur:

p. 37. 1. De methodo componendi tincturam neruinam BESTVCHEFFII, alias dictam guttulas ducis (*General*) LA MOTTE.

Patefacta eſt Petroburgi a VINTERBERGERO, b. MODELII nepote, ideo a Ruſſiae Imperatrice trium millia monetarum, *Rubel* dictarum, dono accipiente. Mixtura eſt primum rubra, tum ſoli in vaſis clauſis expo-

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXVI. p.

expoſita limpidiſſima alba, a ſole remota, vel aëri expoſita flaua, ex duodecim vnciis ſpiritus vini rectificatiſſimi et drachmis tribus cryſtallorum ſalis martis, in aëre liquefactarum, et ex ſex pyritae vulgaris ſulphurei, aut ſulphuris caballi, duodecimque mercurii ſublimati corroſiui in iaſpideo mortario mixtis libris, ſextupla vel octupla ſublimatione igne moderato ſenſim aucto facta, poſthaec maſſae poſt omnes ſublimationes remanentis cum triplo aquae deſtillatae pondere ebullitione, deinde colatura, (cum hac tum illa noua affuſa aqua bis repetenda) in cucurbita vitrea lento, ſenſim aucto, igne ad ſiccitatem vſque deſtillata, ortarum parata.

2. De praemiis diſtributis, quaeſtionibus propoſitis, aliisque actis a Societate regia medica Pariſina in conſeſſibus publicis die ſecundo Martii *), die 31. Auguſti, anni 1784 **), et die 15. Februarii anni 1785. ***) habitis. p. 197. p. 395. p. 179.

3 Obſeruationes meteorologicae Lutetiae Pariſiorum et Inſulae Ianuario 1784. factae. In prima vrbe atmoſphaeram modo frigidam et ſiccam, modo frigidam et humidam nebulis et niue coniunctam, aſthma, catarrhos chronicos ſenibus, cacochymicisque funeſtos, rheumatiſmos pectorisque affectus, pauperibus nociuos, colicas, diarrhoeas, dyſenterias febres ephemeras et catarrhales, putridas et malignas, peripneumoniae ſymptomatibus complicatas, generaſſe: in altera frigus autem continuatum, atmoſphaeram plerumque nebulis et niue impraegnatam febribus et affectibus catarrhalibus pectoris, gulae, oculorum, aurium, pleuropneumoniis, rheumatiſmis et infarctibus imi ventris inflammatoriis, apople- p. 278.

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 715. ſqq.
**) Ibid. Vol. XXVI. p. 174. ſqq.
***) Ibid. p. 705. ſqq.

apoplexiis, phthiſi, febribus lentis, intermittentibus, continuis putridis anſam praebuiſſe.

p. 317. 4. De quaeſtione, theoriam Crawfordianam de igne attinente a Societate Harlemenſi Maio 1783 propoſita *).

5. SEGEV non tantum in obſtinata gonorrhoea, ſed et aliis ſymptomatis luis venereae infuſum ex vncia vna cum dimidia ſiccae radicis ſaponariae officinalis, et dimidia vncia ſiccae herbae eiusdem plantae cum tribus menſuris (*pinta*) aquae paratum feliciter adhibuit. Vnam vel duas menſuras iſtius ſufficere quidem, in grauibus caſibus plantam in pulvere, vel extracto, nec non in vlceribus venereis externe puluerem decoctumque illud fomenti loco applicandum eſſe.

p. 397. 6. ROENNOWII de arſenico, cancri antidoto, ſcriptum, quod in actis acad. Suecic. Holmienſ. indicatum, nunc ex noſtris Commentariis recenſitum;

p. 398. ſimulque ex mente CARBVRI oſtenditur, loco flaui arſenici, cuius actio forſan a ſulphure illi immixto pendeat, vſum rubri ſeu riſigalli, vt minus cauſtici, tentandum eſſe.

p. 440. 7. Collectio diſſertationum ab Acad. Reg. Chirurg. Pariſ. praemio ornatarum Italice verſ. Voll. XVI. 12. Venet. apud Io. Mar. Baſſalia.

8. Noua editio verſionis Italicae Dictionarii Chemici MACQUERI c. ann. SCOPOLI Voll. X. 8. apud Laurent. Baſeggio.

9. Verſio Italica Lection. Element. Hiſt. Nat. et Chem. FOURCROY c. Ei. commentation. chem. Voll. IV. 8. apud eundem prodiit.

II.

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 561.

II.

A treatiſe of the materia medica, by WILLIAM CULLEN, M. D. Profeſſor of the practice of phyſic, cet. Volume I. Edinburgh MDCCLXXXIX. printed for Charles Elliot. 4. pagg. 432. pref. et contents pagg. XXIV.

i. e.

Tractatus de materia medica, per GVILIELM. CVLLEN, M. D. Profeſſ. med. pract. cet. Edinburgi. Vol. I. 4. 1789.

Lectiones (lectures on the mat. med.), quae quondam ſub nomine auctoris prodierant, reiicit, vtpote mendis refertas, et cum correctiones et ſupplementa, quae ad emendandas eas neceſſaria fuerant viſa, addere abs re iudicaſſet, nouum prorſus opus molitus eſt, quod iam publici facit iuris. Praef.

Non ab omni parte abſolutum ſuum librum, operibus LEWISII (editi ab AIKIN), BERGII, MVRRAYI eſſe ſupplendum, optimorum ac fere vnicorum de materia medica auctorum, laude dignorum.

Medicamenta a ſe omiſſa omittenda eſſe viſa, omittenda vero, quae viderentur, ab ipſo eſſe recenſita ideo, vt falſa ſuper iis olim relata redargueret.

Vol. I. Hiſtoria materiae medicae. Introductio. Conſp. Cap. 1. de actione generali medicaminum in corpus humanum. De temperamentis in genere; de temperamentis in ſpecie. Idioſyncraſiae. Cap. 2. de diverſa medicamentorum virtutes cognoſcendi ratione. Cap. 3. de optimo ſchemate tractandi de medica materia. Pars I. *De alimentis.* Cap. 1. de alimentis in genere. Cap. 2. de alimentis ſingulis. De re coquinaria ciborum. Cap. 3. de potulentis. Cap. 4. de condimentis. Vol. II. Pars II. de medicinis.

Cap. 1. Adſtringentia. Cap. 2, Tonica. Cap. 3. Emollientia. Cap. 4. Corroſiua. Cap. 5. Stimulantia. Cap. 6. Sedatiua, narcotica. Cap. 7. Refrigerantia. Cap. 8. Antiſpaſmodica. — De actione medicaminum in fluida. Cap. 9. Diluentia. Cap. 10. Attenuantia. Cap. 11. Inſpiſſantia. Cap. 12. Demulcentia. Cap. 13. Antacida. Cap. 14. Antalkalina. Cap. 15. Antiſeptica. Cap. 16. Errhina. Cap. 17. Sialagoga. Cap. 18. Expectorantia. Cap. 19. Emetica. Cap. 20. Cathartica. Cap. 21. Diuretica. Cap. 22. Diaphoretica. Cap. 23. Menagoga.

p. 1. *Hiſtoria materiae medicae.* Medicamenta priſci temporibus inueniebantur, tum inſtinctu, qui in certis morbis praeualet, tum obſeruatione curarum ſpontanearum vi naturae effectarum, tum erroribus in delectu alimentorum caſu commiſſis, tum vero conatibus fortuitis, ad quos dolor et deſperatio non raro trahunt. Vrgebat malum et ad remediorum excogitationem incitabat. Qui ex profeſſo medicinam tractabant homines, primi, quod ſcimus, Aeſculapii ſacerdotes erant in Graecia, tunc fere vnici. In Aeſculapii templis quaſi theſaurus eruditionis medicae aſſeruabatur, inprimis materiae medicae, cum, qui ex morbo quodam reconualuerant, tabulas votivas ibi affigerent, quibus cum natura morbi, tum remedia, quae vſui fuerant, inſcripta erant. Hae primae artis ſcholae; hinc primi medici practici exibant, HIPPOCRATES inter caeteros, cuius tamen ſcripta, vt hodienum exſtant, variorum variae aetatis auctorum eſſe deprehenduntur, nec ideo aliquid certi ad materiae medicae hiſtoriam illius aeui conferunt. Quid? quod nomina rerum tunc vſurpatarum vix ac ne vix quidem ſint iam cognita. Et iudicium decretorium de medicinis tunc vacillabat, et morbi, eorumque circumſtantiae ſpeciales raro addi ſolebant.

p. 5. Lenti huius artis progreſſus poſt Hippocratem, empiriſmi

piriſmi fata, medicinae in Italia primordia. ERASISTRATI inſtitutio methodiſmi; quantum materiae medicae obfuerit.

CELSI laudes; medicamenta ab eo propoſita, nobis fere ignota, parum faciunt ad noſtram artem. Eius de nutrimentorum facultate iudicium ſuſpectum de medicamentis ſcientiam quoque dubiam reddit. Tunc antidotorum primo inualuit inane ſtudium, quamquam et antea NICANDRI futilitas in eo deſudauerat. p. 7.

SCRIBONII LARGI eadem negligentia in denotandis morborum circumſtantiis, quibus medicamenta, dubiis nominibus inſignita, reſponderent, eadem externorum remediorum luxuria. Andromachianae theriacae inſania. p. 9.

DIOSCORIDES ille celebratus, quam parum ad rectam materiae medicae notitiam contulerit. Dubia eius nomenclatura rerum, quibus nimis multas attribuit virtutes, easque admodum incredibiles, nullo ad peculiarem morbi rationem habito reſpectu. Similiter PLINIO Cel. Auct. derogat fidem, qui materias medicas compilauerit. p. 11.

Ad GALENVM pergit, qui omnium medicaminum facultates qualitatibus iſtis quatuor generalibus comprehendit, calido, frigido, humido, ſicco, quae tamen in natura rerum poſitae eſſe omnino non videntur. Iudicii eius peruerſi de virtute remediorum, atque ſuperſtitioſae credulitatis exempla proponit. Quem, cum fere nihil materia medica dignum protulerit, tamen per 1500 annos ſecuti ſunt innumeri Aſiae, Africae, Europae medici, iurati in verba magiſtri. p. 13.

Caeterorum Galeni ſectatorum tum graecorum, tum arabum quosdam perſtringit, atque de medicinae facie ſub inſtauratione ſcientiarum in Europa poſt Conſtantinopolin captam quaedam addit. p. 17.

p. 20. Somnolentia illa atque medicinae profectibus pernicioſa adulatorum Galeni indolentia eadem ſemper manſura erat niſi chemicorum iſtius temporis audacibus perculſa eſſet periclitationibus. Hi, quamquam ab elegantioribus diſciplinis remotiſſimi, remediis tamen efficaciſſimis inſtructi, morbos debellare coeperunt, quibus illorum inertia arma nequaquam hactenus fuerant paria. PARACELSVS.

p. 23. Chemicorum ſectam primo Germani, dein Angli amplectebantur. Chemiae ad medicaminum virtutes explorandas inanis adhibitio, quae ſub TOURNEFORTIO, HERMANNO, FLOYERO inualuit. GESNERI
p. 29. laudes, RAII, BOYLEIque iuſta aeſtimatio. Iam *Stahlianorum* myſterioſa ſubtilitas materiae medicae ſcientiam reſpuerat, cum interea corpuſcularis philoſophiae dogmata BOERHAAVIVS longe lateque per orbem terrarum diſſeminare adniteretur. Sed philoſophia, nupera aetate, ſolidius culta et chemia, priſtinos ſuos errores iam emendans, fabulas et inania commenta nos reücere ambae docuerunt, viamque patefecerunt ad veriorem de medicaminum virtutibus ſcientiam.

p. 33. Ad ſingulorum iam de hac arte ſcriptorum notitiam pergit. I. SCHROEDER, paracelſiſtas et Galenum ſecutus, huius errores cum luxurioſa compoſitionum farragine iſtorum hominum combinat. I. BAVHINVS compilatorem ſe ſtrenuum geſſit veterum de medicinis eorumque virtutibus placidorum. Nec melior SIMON PAVLI, nec WEDELIVS. CHOMELIVS vero, etſi aliam melioremque ingreſſus viam, tamen iudicium diſcernens non adhibuit.
p. 38. GEOFFROYI quanta fuerit credulitas, quamque temere in relationibus eorum acquieuerit, qui ante eum ſcripſerant, exemplis docet. LIEUTAUDI errores. VENELII laudes.

Chemi-

Chemicam medicamentorum indolem diligen- p. 44.
ter perſcrutatur CARTHEVSERVS, ſed virtutes iis
inconſulto adiudicat, quemadmodum exemplis de-
monſtratur. Nihil ad materiae medicae emolumen-
tum adiecit CRANZIVS. SPIELMANNVS caſtior in
adiudicanda medicaminibus virtute, ſed breuitate
obſcurus.

Merita MVRRAYI in materiam medicam ſum- p. 48.
ma. LINNAEVS. BERGII iuſtae laudes.

ALSTONVS veterum aemulus; HILLIVS futilis; p. 51.
vnus inter Anglos memorabilis LEWIS; RVTTY
contemnendus.

Cap. I. *De actione medicaminum generali.* Senſiles p. 57.
ſupra totum corpus diſparſi nerui impulſus a rebus
externis factos communicant cum cerebro, in quo
ſenſatio, dein volitio oritur, quae reagit, motumque
ibi orſum per neruorum tractus deriuat in muſcu-
los; inde horum contractio, actioque neceſſaria.
Haec corporis conditio, qua ad impulſus a rebus
alienis accipiendos aptum fit, *ſenſibilitas*, muſculo-
rum vero aptitudo ſeſe contrahendi mediantibus
neruorum aliarumque rerum incitamentis, *irritabili-
tas* dicitur. Vtramque afficit medicina, ſed vario
modo, reſpectu certe diuerſarum corporis conſtitu-
tionum, quas *temperamenta* vocamus. Haec 1. in p. 62.
ſtatu ſolidarum partium ſimplicium, 2. in ſtatu flui-
dorum, 3. in diuerſa proportione ſolidorum et flui-
dorum in corpore, 4. in diſtributione fluidorum,
5. in ſtatu vis neruoſae conſiſtunt; quae quidem
ſingula fuſius, ſubtiliusque pertractat. Senſibilitas p. 90.
pendet vel a ſtatu partium ſentientium (vis nerueae
mobilitate diuerſa et tenſione varia extremitatum
ſenſilium) vel a ſtatu ſenſorii communis, qui nititur
vel generaliori fibrae medullaris nerueae conditione,
vel varia vaſorum ſanguiferorum in cerebro tenſio-
ne, vel peculiari ſenſorii charactere et aptitudine ad

facilius difficiliusue recipiendas ſenſationes gratas, ingratasue.

p. 98. Irritabilitatem partium mouentium pertractat et ambiguus fluctitat inter varias de ea opiniones, vtrum vis muſculari fibrae inſita ſtatuenda, an omnia irritabilitatis phaenomena ad neruorum vim ſint referenda.

p. 106. Robur et debilitas corporis tota nititur energia cerebri et inde pendente vi muſculis inſita.

p. 112. Modus, quo ſingularia ex his conficiuntur temperamenta, inter quae primo *ſanguineum*, quippe quod maxime perſpectum habeat, graphice deſcribit (calidum et humidum veterum eſſe credit), deinde *melancholicum*, illud ſexui femineo, hoc maſculino communius eſſe putat.

p. 116. Quomodo reliqua temperamenta ex his naſci poſſint, coniectura aſſequi conatur.

p. 118. Nec vero ſolum ratione temperamentorum vario modo in corpus humanum agunt medicamenta, ſed et ratione peculiaris illius corporum partiumque conſtitutionis, quam *idioſyncraſiam* vocant, quae a temperamentis prorſus aliena eſſe videtur. Rem exemplis illuſtrat. Conſuetudo. Sympathia partium corporis, inprimis ventriculi cum caeteris partibus.

p. 124. Medicamenta fere vnice in ventriculum agere, ſicque hoc peculiariter affecto effectus ſuos edere in reliquum corpus, nec maxima ex parte in vias ſecundas transgredi, quinque argumentis adſtruere conatur.

p. 131. Cap. 2. *De varia medicamentorum virtutes cognoſcendi ratione.* Chemica exploratio, botanica affinitas, qualitates ſenſibiles, et experientia huc faciunt.

Deſtillatio ſicca expectationi non ſatisfecit, ideo chemica reſolutio blandior introducta, quae partes corporum conſtitutiuas integras ſeparare poſſe credebatur; in quo tamen ſaepe fefelliſſe conſtat.

ſtat. Vtut ſit, (pergit) virtutes rerum ignotas neo haec quidem inuenit, quamquam qua potiſſimum in parte virtus reſideat, quaue forma concentrari optime poſſit, definire valeat. Chemiae merita caetera in medicinam.

Plantarum affinitas ſexualis magnum adiumen- p. 135.
tum praeſtat in inuenienda plantae ſimilis, quamuis nondum expertae, efficacia per analogiam. Exceptiones ſcitu dignae, quae praecautionem hie ſuadent. Vnius eiusdemque plantae partes viribus differunt.

Subſtantiae, quae nihil odorati, nihil ſapidi offe- p. 139.
runt, inertes reputandae, exceptis paucis, quae emolliente, demulcente, nutriente vi poſſunt eſſe praeditae. Sed ſapores varii quo modo ſint diſtinguendi, quibus nominibus inſigniendi, non patet; pauci inter eos determinatam et a quolibet intellectam, receptamque notionem prae ſe ferunt; multo minus odores. Quam late pateant acria, nauſeoſa, inter omnes conſtat.

Quantum iudicii neceſſe ſit in determinanda vi p. 142.
medicamentorum ſecundum experientiam, fuſius demonſtrat, exemplis a falſa, vti nominat, experientia deductis. Cautelae circa experimenta in brutis p. 153.
inſtituta. Medicaminum effectus, ſi cum ſanguine e vena ſecta emiſſo mixta fuerint, nihil docent, neque ſi venis ipſis animalium iniiciantur.

Quod ad ordinem pertinet, quo materia medica p. 158.
optime poſſit doceri, alphabetica ſeries medicaminum inter omnes minime eſt vtilis; non melior diviſio ſecundum partes, i. e. radices, folia, flores, quae in medicina adhibentur. Sexuale vero et naturale ſyſtema concinniorem ſane offerrent ordinem, niſi et ipſa adhuc magnis laborarent imperfectionibus. Reſtat, vt ad certas indicationes generales remedia ſingula ſint referenda, ſi rite omnia vno quaſi ob-

tutu intueri velimus; isque omnium optimus videtur eſſe ordo pertractandi materiam medicam.

p. 161. Vocum latinarum, quibus vis medicamentorum in ſcriptis medicis exprimitur, *nomenclatura*, eiusque recenſio. Abluentia vſque ad vulneraria.

p. 191. Materia medica conſtat ex
Nutrimentis, quae ſunt *cibi*, *potus* et quae cum his aſſumuntur *condimenta*;
Medicamentis, quae agunt in
Solida ſimplicia (*adſtringentia*, *tonica*, *emollientia*, *erodentia*)
viua (*ſtimulantia*, *ſedantia* [narcotica, refrigerantia] *antiſpaſmodica*),
Fluida, immutantia
fluiditatem (*attenuantia*, *inſpiſſantia*)
miſturam, acrimoniam corrigentia
in genere (*demulcentia*)
in ſpecie (*antacida*, *antalkalina*, *antiſeptica*)
euacuantia (*errhina*, *ſialagoga*, *expectorantia*, *emetica*, *cathartica*, *diuretica*, *diaphoretica*, *emmenagoga*).

p. 193. Catalogus rerum ſpecialium, earumque nomina pharmaceutica, ſyſtematica, anglica. In quibus nonnulla adhuc inertia deprehenduntur, perpauca efficacium deſiderantur.

p. 218. P. I. Cap. I. *De alimentis in genere.* De natura fluidorum corporis humani. Gluten, ſerum, globuli ſanguinis rubri.

Partes vegetabilium, quae nutriunt, conſtitutiuae; acidum, ſaccharum, oleum. Pauca de amylo, de mucilagine.

p. 241. Cap. II. *De alimentis in ſpecie. Vegetabilia. Fructus acido-dulces* (horaei). Leniter ſtimulant, refrigerant,

gerant, putredini reſiſtunt, ſi modice adſumuntur; nutriunt leuiter. Diarrhoeam, aciditatem in ventriculo procreant, ſi intempeſtiue aut nimia quantitate deuorantur. Vires diureticae eorum dubiae; in quo quidem non conſentimus. Drupaceae (ceraſa, mala) facilius digeruntur et aceſcunt in ventriculo, quam pomaceae (inter quas et aurantium et limonium refert, quae in condimentis ponenda erant). Ribeſia, vaccinia; uvae omnium fructuum horaeo- p. 253.
rum et tutiſſimae ſunt vſu, et maxime nutrientes. Caricarum et dactylorum vis nutritiua. Vtrum ante, p. 256.
an poſt prandium fructibus veſci fas ſit, vtrum ſeorſim an vna cum lacte, vt in Anglia moris eſt, diſputat.

Cucurbitaceae. *Cucurbitae* ſatis maturae farinaceam acquirunt facultatem. *Cucumerum* immaturorum difficilis inque aceſcentiam prona digeſtio. *Melones.*

Folia et caules plantarum. Oleraceae (*Spinachia*, p. 259.
Malua) perperam laxantes dicuntur, cum omnia vegetabilia paulo liberalius aſſumta idem praeſtent.

Siliquoſae. *Braſſica oleracea;* omnes huius varietates eadem fere nutritiua qualitate pollere dicit, quamquam non in pari copia. *B. oler. botrytis* f. p. 261.
cauliflora tenerrima, facillima digeſtu, minimeque flatulenta. *B. ol. ſabauda* dulcior ipſi et tenerior videtur eſſe prae reliquis braſſicae ſpeciebus, quarum foliis veſcimur. *Br. ol. capitata* plurimum inter p. 262.
caeteras nutrimenti ſuppetere ei viſa, ſed et maxime flatulenta eſt, ob ſuccum ad fermentationem pronum. *Braſſicam gongylodem* commendat ob teneram dulcemque, quam praebet, eſcam; ſane valde nutriens eſt. Sed quod antea, quam ipſe illam coluerit, numquam in Anglia nec cultam nec notam fuiſſe opinatur, in eo falſus eſt. Credit flatu- p. 263.
lentiam braſſicarum longa coctione minui, in quo etiam falli videtur.

Braſſi-

p. 264. Braſſicae fermentatae (*Sauerkraut*) mentionem facit, rectèque iudicat et aërem fixum hac operatione emitti et aptiſſimam ipſam ideo fieri ad ſcorbutum et praeuertendum et curandum.

Inter ſemifloſculoſas refert *lactucam*, parum nutrientem, quamdiu cruda aſſumitur vt plerumque; cocta vero fit dulcior, magisque mucilaginoſa, ideo-
p. 265. que magis nutriens. *Cichorii intybi*, *endiuiae*que foliorum nullus vſus eſt, niſi dealbatione (in cellis) amaram acrimoniam perdiderint. Tunc mitia fiunt et dulcia. Idem de *taraxaci* foliis dicendum, quae vere primo, dum e talpae collibus propullulant, effodiuntur albida, tenella, medica virtute orbata.

Vmbellatarum vnam recenſet *Apium graueolens*, ſ. paluſtre, quod etiam ad ſcopum culinae, niſi de-
p. 266. albatum, aſſumi negat. *Scolymi cynarae* dein mentionem iniicit, cuius receptaculum aqua coctum mitem, dulcem, mucilaginoſam denique eſcam praebe-
p. 267. re aſſerit. *Aſparagi* turiones coctos, teneros eſſe et dulces, et mucilaginoſos, valideque nutrientes. Vires diureticas ipſis ſtrenuas ineſſe negat.

p. 268. *Radices*. In vniuerſum plus alimenti continent, quam folia eiusdem plantae. *Siliquoſae*. *Raphanus* largam praebet nutritiae materiae quantitatem in ſubſtantia corticali ſitam. Raro eſſe flatulentum
p. 269. contendit, quod nobis non ita videtur. Rapa aquoſus et tener cibus, facilis digeſtionis, parum flatulentus; id quod dubium eſt. Flauam (*turnip*) dulciorem et magis eſſe mucilaginoſam pronunciat, itaque magis nutrientem. Neque napum, neque rapam, a vaccis commeſta, odore ſaporeue ingrato, lac inficere vt carnem, niſi tunc forſan, cum quid foliorum harum plantarum marcidorum vna ingeſſerint armenta.

p. 270. In numero radicum vmbellatarum ponit *daucum carotam*, quae etſi ſacchari ſolidi fere nihil dat, tamen ſuccum

ſuecum dulciſſimum melleumque largitur in nutritiae qualitatis teſtimonium. Mucilaginis copia impedit ſacchari ſolidi geneſin. Experimenta in ſaginatione brutorum inſtituta demonſtrant nutritiam eius vim non leuem. Teneram hominibus, nec adeo flatulentam, praebet eſcam. Et *paſtinacae radix* quantopere alat, ex iisdem experimentis patet. Dulciſſima et mucilaginoſa, nec tamen grata eſt palato multorum hominum. Idem fere de *ſiſaro* dicendum, quod, MARGGRAFIO teſte, multum ſolidi ſacchari patitur vt ex ſeſe eliciatur. Inter ſemifloſculoſas *ſcorzonerae* et *tragopogi* radicem refert, quas habitu et qualitatibus ſimiles cenſet eſſe. Lacteſcunt ſucco ſingulariter miti atque dulciuſculo, tamen non magna nutritiae qualitatis ſigna prae ſe ferunt. Coctae tenerae, nec valde flatulentae ſunt. p. 271.

In Alliacearum ordine *allium ſatiuum*, *ſcorodoprauſum* atque *aſcalonicum* condimentorum nomine veniunt. *Porrum* vero et *cepa* pro cibis comeduntur, ſat nutrimenti dant, quod eo magis apparet, ſi cocta fuerint. Tunc enim, acrimonia diſperſa, dulcedo quaedam et mucilago prodit. p. 272.

Solanum tuberoſum inter farinacea recenſet inferius.

Semina plantarum. Praecipuum haec hominibus alimentum ſuppeditant in toto ferme orbe terrarum. Farinam, quam alibilem HALLERVS dixit, ex ſaccharo et oleo compoſitam eſſe ait, nullis, vt nobis videtur, experimentis ſuffultus. p. 273.

In *cerealia*, *legumina*, *nuces oleoſas* diuidit ſemina, quorum prima ſacchari multum, minus olei, ſecunda paulo plus olei, quam ſacchari, nuces vero multo plus olei continere ſibi perſuadet. Quo magis autem farinacea ſemina alant, eo etiam plus olei ea fouere. Sub Cerealibus comprehendit maxime ſemina graminum et plantarum culmiferarum, quae fere omnes, vt recte opinatur, farina ſcatent. p. 274.

Hordeum.

p. 275. *Hordeum.* Si in fermentatione vinoſa cereali ſaccharum ſuum expediunt, hoc praeprimis de hordeo dicendum. Inde cereuiſiarum genera. Hordeum caeteris cerealibus minus videtur olei continere, hinc plenior, faciliorque germinatio, hinc minor nutritiua qualitas, quam exemplis confirmat. Non niſi germinauerit, antiſepticas edit vires. *Primum ſe* docuiſſe, ſaccharum commune eſſe antiſcorbuticum, hoc tamen, niſi farinoſis aut oleoſis partibus iunctum ſit, tam larga non poſſe aſſumi quantitate, fatetur. Neceſſitas abluendi hordeum decorticatum, ſi ptiſanam ex eo conficere velis.

p. 276. *Secale.* Prae caeteris facilius aceſcit. Scotiae incolis, ſecalino pani non aſſuetis, aluum reddi laxam, ſi quando illum comederint.

p. 277. *Milium;* raro adhibetur in Scotia. Aliquid habet dulcedinis, in aceſcentiam parum ruit, facilis videtur eſſe concoctionis. Aluum adſtringere poſſe, dubitat.

p. 278. *Oryza.* Parum dulcedinis habet, aegre aceſcit, nec facile fermentationem ſubit. Cum itaque ex totius Aſiae experimento conſtet, valdopere eam eſſe nutritiam, credibile ipſi quoque videtur eam abundare oleo, quod tamen intime ſit ſaccharo iunctum. Eius vſum oculos oſtendere, pro fabula habet. Si in diarrhoeis iuuat, demulcente vi ſua, non adſtringente quadam facultate hoc praeſtat, quae nulla eſt.

p. 279. *Auenam* optime alere, ex Scotiae incolarum, robuſtiſſimorum hominum, exemplo demonſtrat, qui maxime ea vitam ſuſtentant. Parum dulcedinis, ſed maiorem olei partem fouet, id quo guſtu percipitur, ſi toſta fuerit. Nulla ipſi ineſt, nec pani ex ea confecto, amaritudo, vt quidam ſunt opinati. Non maiorem quam alia cerealia oſtendit aceſcentiam, germinata facile fermentat, cereuiſiam gratam (*non amaram*) ſuppeditat. Principium refrigerans nullum

lum habet, nec tamen calefacit; neque, vt ferunt, cutaneas affectiones procreat. *Potus auenaceus* (wa- p. 280.
tergruel) quo pacto optime praeparetur, docet. Farinae auenaceae vncia in tribus aquae ſextariis (*quart*) ad reſiduum duorum ſextariorum coquitur, decoctum ſeponitur, limpidus, qui dein ſupernatat, liquor decantatur, qui ſaccharo, acidis, aromatis conditur, pro lubitu.

Zea Mais. Optimam largitur farinam, quae multum inſeruit nutritioni tam hominum, quam brutorum. Difficulter fermentat, ſed triticea farina addita panem conſtituit ab omnibus partibus abſolutum.

Triticum. Panificia ex tritico perfectiora ſunt, p. 281.
quam ex alia farina. De *pane* in genere. Si cibum manducamus, neceſſe fere ad expeditiorem digeſtionem eſt, vt et dentibus ſubtiliſſime conteratur et cum ſaliua intime commiſceatur, adque adeo in os vna ſumamus materiam quandam aridam, friabilem vix ſapidam; huius tenoris panis eſt, qui ſimul nutrit. Omnium pene gentium is mos, ea conſuetudo eſt. Farina p. 282.
per ſe ad panem conficiendum adhibita, quaequae ſit, non panem ſiccum efficit et friabilem, vtvt calore fornacis coquatur. Medio opus erat; fermentum hinc excogitatum. Paſta farinacea addito fermento fermentat, aërem extricat; coquitur, aër contentus, calore expanſus, maſſam ſpongiae ad inſtar difflat et panis fit tener friabilis, cum ſaliua et reliquis cibis miſcibilis. Verum non omnes farinae cum aqua depſatae in tam perfectum poſſunt mutari panem; nec fermentum aliquibus, nec faeces aut flos cereuiſiae ſufficiunt, niſi triticea fuerit farina. Paſta triticea, vel ſola ſibi commiſſa, fermentationem p. 283.
ſubit et coctione ſicciſſimus, tenerrimusque fit inde panis. Quae quidem huius farinae praeſtantia tam late patet, vt aliis farinis, ad panificium fere ineptis,

adiecta

adiecta ſuam impertiat facultatem, perfectum pro-
creandi panem. A BECCARIO quondam (1728?)
inuenta in tritico *materia peculiaris glutinoſa*, proba-
biliter in cauſa eſt praeſtantiae illius farinae triticae,
cum materia iſta glutinoſa ex tritico ſeparata, vel
ſola farinoſis refractariis immixta, eundem praeſtet
p. 284. effectum panisque perfectus iam naſcatur. Efficiat-
ne haec glutinoſa materia, animalis fere naturae, vt
triticum plus praebeat alimenti, nondum liquet,
cum probabile ſit, eam et in aliis cerealibus latere.
p. 285. Ex vſu farinoſorum non fermentatorum *glutinoſum*
ſic *dictum* pingue naſci et lentoris humorum et ob-
ſtructionis cauſam eſſe, BOERHAAVIVS et SWIETE-
NIVS opinabantur. Concedendum, farinam omnium
maxime reddi ſalubrem, ſi poſt iuſtam fermentatio-
nem rite cocta et in panis perfecti formam redacta
fuerit; concedendum, farinoſa non fermentata in-
fantum paruulorum morbis occaſionem poſſe prae-
bere; at periculum inde metuendum nimis exagge-
ratum fuit. Et non fermentata farinoſa quam ma-
p. 286. xime ſalubre homini praebent alimentum. Aſia
omnis oryza cruda victitat et America item zea non
fermentata vtebatur ante COLVMBI aduentum, atque
etiamnum vtitur. Sic et in Europa farinoſis omnis
generis non fermentatis vti mos eſt; impune
prorſus.

p. 287. *Fagopyrum* pabulum auibus largum praebet, ideo
nutritium putandum.

p. 288. *Sago* ex pluribus arboribus depromtum videtur.
Iaponenſes aliosque indos orientales quam maxime
hac caudicum medulla victitare, notum eſt; gelati-
noſa inſuper eius natura vim nutriendi non leuem
demonſtrat.

Salep. A pluribus orchidum ſpeciebus hanc ra-
dicem in Oriente capi ex MOULTII relatione patet,
p. 289. Auctor noſter ex O. *bifolia* Salep tam perfectum na-
ſci vidit, quam quae e Turcia ad nos defertur.

Solani

Solani tuberoſi radix iuſta exſiccatione facile in farinam redigitur, quae nulli cerealium cedit, niſi quod gluten non foueat. Amyli perfecti magnam copiam largitur, quod illi ex tritico proxime accedit. Quantopere ſit nutriens haec radix, totius Europae experientia docet. Quamquam vltra dimidium ſui ponderis aquae contineat, ideoque non aeque nutriens reputanda ſit quam cerealia, tamen eadem ipſa de cauſa facilius ſoluitur in ventriculo, digeriturque. Minus acidi in primis viis generare, quam alia farinoſa non fermentata, recte iudicat. Noxiae cuiusdam qualitatis nullum in ea veſtigium ſuſpicatur.

Caſtanea inter farinacea ponenda. Dulcedo eius, calore adhibito, magis euoluitur; fermentationi obnoxia eſt, hinc ſaccharum in ea manifeſtum. Ad panificium apta eſt. Europae meridionalis incolae, qui maxime hac nuce vitam ſuſtentant, demonſtrant, eam valde nutritiuam praebere eſcam. Difficilioris eſſe digeſtionis ob ſuae texturae firmitatem, commentitia eſt ſuſpicio.

Legumina. Fructus plantarum papilionacearum. p. 291.
His, praeter cerealia, frequentiſſime pro cibo vtuntur homines et obſeruatu dignum eſt, agrum ſi culmiferarum prouentu iam exhauſtus eſt, nec requie, nec ſimo refectum, largam nihilominus papilionacearum meſſem ferre, id quod ſua Auctorem experientia docuit.

Legumina facile in puluerem, farinae cereali affi- p. 292.
nem, conteruntur, vnctuoſiorem et dulciorem guſtu. Cum aqua ſi triueris, magis lacteſcentem conſtituunt ſolutionem, quam cerealia; ſi vero, intenſiori paulo adhibito calore, legumina integra exprimuntur, manifeſtum exſudant oleum. Sacchari non parum p. 293.
euoluunt, ſi germinauerint; tuncque fermentationi vinoſae perquam apta ſunt. Largam amyli copiam ex ſeſe extricari ſinunt. Quare cum pari, quam ce-

 realia,

realia, portione ſacchari gaudeant, plus inſuper olei foueant, magis ipſa eſſe nutritia, quam haec, non mirum. Teſtatur idem experientia tam in brutis, quam hominibus. BOYLEI HALESIIque experimento conſtat, magna aëris fixi copia legumina ſcatere, quae maior cum ſit, quam vt abſorberi poſſit, flatus in digeſtione procreare conſueuit, interdum colicae paſſiones.

p. 294. Legumina tenera et viridia, ſi comeduntur, parum flatulenta ſunt, eoque tamen minus nutritiua.

Piſum, Faba. Parum natura generaliori differunt. Piſum vero dum minus flatulentum, et nutritiuum eſt, quam faba, teneram magis praebet eſcam; quare frequentius eo pro cibo vtimur. Siliquae pii tenera ſolubiliores in ventriculo ſunt, quam ſiliquae fabae.

p. 295. *Phaſeoli.* Semina haec matura minus flatulenta minusque nutrientia ipſi videntur, quam piſum aut faba, in quo tamen fallitur. Siliquae tenerae olerum naturam habent, nutriunt tamen magis, dulciores ſunt et facilioris concoctionis.

Nuces oleoſae. Farinacea ſunt ſemina, magna olei parte abundantia, quod expreſſione extrahi poteſt. Oleum hoc nude in ipſis habitare, quibusdam videtur, priuis incluſum cellulis. At nullo pacto hoc de-
p. 296. monſtrari poteſt. Infuſione tractata quaedam eorum nihil praeter mucilaginem largiuntur, in qua nullum apparet oleum, quod ideo reliquis partibus intime iunctum eſſe videtur. Propter eandem in ipſis olei abundantiam multo etiam magis nutrientes eas eſſe conſtat, quam reliqua farinoſa. Maiori paulo quantitate non tuto comeduntur, quoniam gaſtricus ventriculi noſtri ſuccus fere non in vegetabilia agit, niſi fermentationi apta ſint, oleoſa vero fermentationi reſiſtunt, atque eandem ob cauſam et digeſtioni.

Auct.

Auellana, *Amygdalae dulces*, *Iuglans*, magnam et fere eandem copiam olei mitis continent, ideoque pares ſe vt cibus atque medicina gerunt; differunt tamen pro natura ſoli, maturitatis etc. Auellanae ſcoticae minus olei fouent, quam nuces eaedem in calidiori terra natae. Hae tres oleoſae nuces cuticula quadam inueſtiuntur, quae, ſi vna comeditur, faucibus adhaeret pertinacius, tuſſimque excitat, id quod, ea detracta, non accidit. p. 297.

Piſtaciae non tantum olei continent, quam caeterae dictae. Inter farinacea oleoſa eminent nuces *Cacao*. Farinoſa in iis pars tam intimam connexionem cum oleo habet, vt et cum oleo artificioſe iam ſeparato trituratione miſceri ſeſe patiatur. Oleum cacao eo praeſtat caeteris, quod non tam facile ranceſcit. p. 298.

Chocolada inde facilis eſſe digeſtionis poſſit videri, niſi experientia doceret, aliquando ſtomachum offendere, quae tamen iniuria diligentiori trituratione euitari poteſt. Londinenſis chocoladae laus; nulla veſtigia olei in ea apparent. p. 299.

Semina *papaueris albi* largam olei quantitatem cum farina continent. Nullum veſtigium narcoticae qualitatis in iis apparet.

Semina cucurbitacearum, quae vulgo *frigida* vocantur; ſi emulſio ex iis paratur non magis refrigerant, quam caeterae emulſiones ex amygdalis etc.

Olea omnium horum ſeminum eiusdem fere naturae eſſe videntur, quam oliuarum oleum. p. 300.

Oleum oliuarum. Omnes fere gentes cibos ſuos pinguedine quadam aut oleo miſcent, inſtinctu quodam ducti. Magis inde nutrientes fieri probabile eſt. Cumitaque pinguedo in variis corporis partibus ſeſe colligat, quidam crediderunt atque etiamnum credunt, oleum in cibis comeſtum mere adipi humanae generandae inſeruire, atque immutatum per primas in p. 301.

p. 302. ſecundas vias transgredi, atque illuc ſeponi. Sed aliter rem ſe habere Auctori videtur. Olea quidem rancida ventriculo conuenire non probabile eſt, et tamen dantur, qui ſine damno iis veſcantur, alii e contra, qui, ſi vel mitiſſima dulciſſimaque olea inter cibos recipiunt, moleſtiſſime ferant; horum ventriculum fere acido abundare vidit.

p. 303. *Fungi eſculenti*, ſi reuera vegetabilis ſunt naturae, de quo dubitatur, maxime certe differunt ab aliis plantis; ſicce deſtillati nihil acidi, largam potius partem alkali volatilis ſuppeditant. Si ſpontaneae committuntur fermentationi, non aceſcunt, ſed protinus putrefiunt. Quam prope igitur ad animalem accedant naturam, ex hoc perſpicitur. Apparet inde, non, vti caetera vegetabilia, carni in ferculis addi poſſe, vt ipſius putrefactionem in primis viis impediant; liquet etiam, plus eos alimenti homini praebere, quam caetera vegetabilia.

Sect. II. *De alimentis ex animalibus.*

p. 305. Ex *Mammalibus*. *Lac* quadrupedum tranſitum
p. 306. quaſi e vegetabilibus in cibos animales facit. Lactis genera, e quocumque animali depromta ſint, multum inter ſe conuenire, nec partibus conſtitutiuis, ſed partium conſtitutiuarum proportione, differre videntur. In vniuerſum e mammis recenter expreſſum lac homogeneus apparet liquor, ſed aëri aliquamdiu expoſitum ſecedit ſponte ſua in partes; oleum, coagulum, aqueam partem, i. e. cremorem,
p. 307. caſeum, ſerum. Primo omnium cremor ſecedit in ſuperficiem, et quidem eo facilius, quo liberius aër accedere ad lactis ſuperficiem poteſt. Facilius etiam ſeſe ſeparat cremor, ſi lac prius coctum, et quaſi ca-
p. 308. lore agitatum fuerit. Simulac vero lac in aceſcentiam tendit, ſeparatio cremoris ſubſiſtit, et ex toto ceſſat, ſi lac coagulatur. Diuerſa eiusdem ſpeciei animalia lac diuerſa pinguedinis copia foetum largiun-

giuntur. Vaccae e. g. in insula Aldernay, in Heluetia, in Scotiae montanis (high lands) natae lac praebent cremore abundans. Alias porro circumstantias p. 309.
affert, quae diuersitatem talem gignunt. Cremor praeter oleum etiam caseosas et aqueas quasdam partes fouet. Agitatione singulari separantur posteriores partes, et butyrum secedit. Hoc, in statu recenti, quam maxime conuenit cum oleis vegetabilium expressis et cum animalium pinguedine, vti ex sensibili euidentia et chemica exploratione liquet. Rancor butyri ex materia quadam ei adhaerente po- p. 310.
tius, quam ex natura ipsius proficisci videtur, cum id, quod minus bene ab oxygalacte mundatum est, facilius ranceſcat. Liquatum vero super igne, simulac omnes hae impuritates ad fundum subsederint, diutius iam manet immune ab isto vitio. Acidae et mucilaginosae esse videntur hae partes alienae, ranciditatem inducentes. Quare, vt hoc vitium prae- p. 311.
vertatur, necesse est, vt butyrum primo ab his liberetur, dein sale condiatur, cuius parua copia sufficit, si modo purus sit, aut si aliquantulum nitri et saccharí addamus. Sic diu integrum manet. Lac, cremore orbatum, acidulum prius fit, antequam coagulatur. Vt caseum obtineamus, vtimur materia quadam, quae coagulum (*runnet*) vocatur. Lacte im- p. 312.
plemus quartum vituli ventriculum, quo ibi coagulato, seruamus ventriculum cum contento suo in muria ad vsum. Vulgo creditur, hoc coagulum naturale acidae esse naturae, YOVNGII vero experimenta contrarium demonstrant. Caseus in vniuersum putredini obnoxium est, ideoque ad naturam animalem vergit. Accedit, quod pars caseosa, vti caetera animantium fluida, acidis, alcohole, calore cogitur, et in destillatione sal volatile alkalinum largitur. Apparet igitur, lac eorum animalium, quae penitus vel ex parte vegetabilibus vescuntur, mediae

cuiusdam naturae eſſe inter vegetabilia animaliaque.
p. 314. Leuiter tangit differentias caſeorum. Seri lactis ma-
p. 315. xima pars aqua eſt; HOFFMANNI et YOVNGII experimentis patet, ſeptem octauas partes lactis aqua effici, et hoc quidem in variis lactis ſpeciebus fere
p. 316. conſtanter. Differentias ſeri ſecundum varios lactis ſtatus, quando ſeparandum eſt, perſtringit leuiter.
p. 317. Ex integro lacte, mediante coagulo naturali (*runnet*), ſeparatum ſerum differt ratione diuerſorum animalium, a quibus lac proficiſcebatur, non ratione partium conſtitutiuarum cuiusque lactis. Quamquam igitur lac bouinum plus pinguedinis foueat quam caprinum, tamen ſerum illius minus, huius plus continet pinguedinis, quoniam oleum ex lacte bouino facilius cum caſeo in fundum ſecedit, ex caprino non item. Praeter oleoſam, caſeoſamque partem etiam ſaccharina materies in ſero latet, quae a ſaccharo vero non differt, niſi quibusdam oleoſis et caſeoſis particulis, quae ipſi adhaerent; ſeparari tamen
p. 318. penitus arte poſſunt. Propter idem ſaccharum, ad vinoſam fermentationem aptum eſt ſerum, deſtillatione tum ſpiritum ardentem largiens. Eadem de cauſa promtiſſime in acorem ruit fortem, peculiarem. Lac ouillum plurimum caſei continet; tunc ſequitur caprinum, tunc bouinum, tunc equinum; tunc humanum, poſtremo aſininum, quod minimam eius partem continet. Ruminantium animalium lac multo maiorem quantitatem caſei continet, quam non
p. 319. ruminantium. Inuerſa ratione ſeri copia in iſtis lactis ſpeciebus deprehenditur. Oleoſa pars maxima in ouillo, tunc in bouino, minima in caprino, in quo tamen propter difficiliorem butyri ſeparationem non exacte determinari poteſt. Quod ad non ruminantia attinet, humanum plus pinguedinis continere videtur, quam aut equinum aut aſininum, quae tamen ratio victu diuerſo variat. Multum enim bu-

tyro

tyro depauperatur lac feminarum, vegetabili diaetae exacte adstrictarum, vt A. experimentis cognouit. Et caeterorum animalium lac propter has aliasque p. 320.
causas variat in dictis partibus constitutiuis. Hinc differentia tabularum YOVNGII et FERRISII.

Praeparatio et origo lactis in corpore humano. p. 321.
Opinionem, lac esse chylum pene immutatum, refutat. Saccharinam vero lactis partem immediate p. 325.
ex alimentis vegetabilibus paulo ante secretionem commestis proficisci, probabile est. Canis lactans, p. 326.
quae vegetabilibus potissimum alebatur, lac praebebat sponte acescens, seseque coagulans, carne vero nutrita, lac suppeditabat contrariae naturae. Heterogeneas vero substantias mammarum glandulae vix admittunt. Vaccarum aut caprarum lac nullam me- p. 327.
dicam virtutem monstrat earum plantarum, quibus studiose alebantur.

Sunt, qui dicant, lac conuenientissimum infantibus p. 328.
recens natis esse ideo, quod fere immutatum intrare possit vasa lactea sine digestionis labore, quod falsum est. Coagulatur semper in ventriculo infantis et noua praeparatione per liquorem gastricum indiget, vt chylus fieri et absorberi in sanguinem possit. Foe- p. 329.
tus alcalescente sanguine matris plenus est, quamdiu in vtero haeret; haec alcalescentia vt corrigatur paulatim, liquor nutriens ipsi ex mammis matris porrigitur, simulac in lucem est editus, mediae materiae inter vegetabilem atque animalem naturam; id tamen mera videtur esse Auctoris hypothesis. Re- p. 330.
cens nato animali lac matris ipsiusmet aptissimum esse videtur prae alio quocunque. Lactatio infantis quam diu durare debeat, ex eo patet, quod si ante septimum mensem finierit, aut vltra vndecimum protrahatur, detrimentum affert. Nouem mensium tempus aptissimum videtur. Diuturnam lactatio- p. 331.
nem rhachitidem inducere Auctori videtur. Dentitio

difficilis ablactationem ſuadet. Quinto fere poſt partum menſe opinatur, tempus eſſe congruum, infanti ſugenti cibum vegetabilem vna porrigendi, pedetentimque augendum eſſe vſque ad terminum ablactationis.

Si infans aegre fert lac maternum vel nutricis, lac ipſum, vel alimentum vna datum, vel ſtatus peculia-
p. 332. ris ventriculi infantis in cauſa eſſe poteſt. Prima cauſa rarior eſt, ſecunda frequentior; cibus vegetabilis acidum heterogeneum facile procreat. Tertia cauſa, debilitas nempe ventriculi neonati, fere non occurrit abſque ſignis debilitatis totius corporis; tunc lac coagulatum per aluum plerumque ſecedit.
p. 334. Nutricem diaeta vegetabili vti debere, probare an-
p. 335. nititur; neque propterea infantis ventriculus acore
p. 336. laborat. Menſtruatio et conceptio lactationi obeſſe certum; raro tamen alterutrum vſu venit, niſi perquam plethorico corporis habitu, qui cum maxime animali cibo oriatur, hic potiſſimum vitandus et diaeta vegetabili nutrici vtendum eſt. Hoc tamen non de matribus dicit, quae carne veſci admodum conſuerunt, his diaeta ſubito in mere vegetabilem mutata non iniungenda, ſed caro quaedam permittenda, etſi
p. 337. parce. Omnis aetatis hominibus conueniens alimentum praebere videtur lac bouinum, ſi primos
p. 338. vitae menſes exceperis, vbi maternum praeſtat. Ex cibo animali largiter dato irritabilitatem et ad inflammationes aptitudinem in infantibus gigni, ſibi perſuadet. Itaque ad pubertatem vſque, praeter vegetabilia, nulla fere concedit nutrimenta Auctor. In regionibus frigidis natura homini, ſi ad aetatem laborioſam acceſſerit, certam carnis portionem pro alimento dictaſſe videtur, tunc lac non plane ſuffi-
p. 339. cit. Senes alcaleſcentia ſanguinis laborant, robore corporis declinante, quibus ideo lactis vſus largior rurſus pro nutritione conuenit. Lactea cum aciduli-

lis cibis iuncta diaeta innocua prorsus est; quemadmodum ipse sibi persuadet. Ventriculo ad acorem nimium procliui lac nocere; attamen cum lactis coagulati aciditas semper cum coagulo sese vniat, itaque e sero praecipitetur, fieri, vt lactis haustus ardorem ventriculi non raro curet protinus. p. 340.

Lactis vires medicatae. Facillime omnium in chylum vertitur, hinc alimentum optimum est, vbi vires digestrices languidae, corpus emaciatum etc. nisi tamen ventriculus ipsum respuat. Etiam in fluidorum vitiis prodest, alcalinam pariter atque acescentem corrigendo sanguinis labem. Nutrit, nec tamen ita, vt plethoram inducat, quam potius minuit. Diu satis adhibitum lac omne genus vitii, quod in sero haeret, per excretiones separat. Sed miasmate quodam vitiata fluida in lue venerea, cancro etc. corrigere non valet; vbi acrimonia corpus totum corrupisse etc. videtur. Ideo in malis cutaneis nullam fert opem. Sic nec in scrophula (quam potius auget) iuuat. Phthisin pulmonalem leuat, dum diathesin phlogisticam aut minuit aut remouet, inprimis lac animalium non ruminantium, equinum tamen et asininum potius quam humanum; ast phthisis variarum est specierum, quibus omnibus lac non conueniet. p. 341. p. 342.

In arthritide dicitur lac salutare. Non nisi in corpore plethorico hic morbus occurrit, nec quempiam aggreditur, qui vegetabili modo vtitur cibo. Ideo lactea diaeta in hoc morbo valde conducit. Sed vires integrae sint, et per totam vitam fere continuetur, necesse est. In febribus declaratis lac ambiguum est remedium, in inflammatoriis et putridis. Latere tunc quidquam videtur in ventriculo, quod lac probe digeri impediat. p. 344. p. 346.

Praeferendum lac animalium ruminantium, vbi nutrire volumus, nec a plethorae augmento aliquid p. 347.

timendum eſt; non ruminantium animalium vero tunc, vbi phlogiſtica diatheſis, et plethora minuenda occurrit, praeſertim vbi organa digeſtoria debilia videntur.

Lac recens, cuius partes nondum ſeparatae fue-
p. 348. runt, conuenientiſſimum. Si pauliſper ebullierit, non tam cito aceſcit in ventriculo.

Butyrum plane easdem qualitates habere videtur, quam olea vegetabilia expreſſa et pinguedines
p. 349. animales (quod nobis quidem dubium videtur). In forma cremoris, id eſt, cum quadam parte caſeoſa et ſeroſa vnitum, facilioris digeſtionis eſt, quam butyri eloti forma, niſi ad acorem inclinet ventriculus.

Nutrientiſſima lactis pars caſeoſa. Vel ſi ſpontanea aciditate coagulatum fuerit lac, vbi oleoſa pars pene tota exulat, nutritiuum eſt coagulum; nutrientius tamen vbi pinguedo ipſi iuncta remanet, lacte artificioſe coagulato. In poſteriori caſu tam
p. 350. facile digeſtu eſt quam lac liquidum potum. Nutrientius forſan coagulum ſero remoto, ſed difficilius paulo digeritur; facilius tamen quamdiu humidum adhuc eſt, quam ille, qui preſſus aridusque redditus eſt, caſeus.

Aegre digeritur, quamquam nutrientiſſimus ſit ventriculo robuſto, caſeus, qui cremore orbatus eſt; nutrientior is, et facilioris digeſtionis, qui ex integro
p. 351. lacte praecipitatus fuerit. Haec de recenti; putridus vero acris eſt et valde ſtimulans, nec pro nutrimento amplius comedi poteſt. Difficilioris etiam digeſtionis caſeus toſtus.

p. 353. Lac ebutyratum digeſtibilius eſt lacte integro, et ſatis nutriens. Refrigerandi virtute praeſtat, maxime ſi magis acidulum factum eſt. Hic acor is eſt, qui non augeat ventriculi aciditatem, nec creet flatulentiam, acidulorum aut acidorum vegetabilium caeterorum more.

Serum

Serum ex lacte recenti, integro ſeparatum co- p. 354.
gulo artificiali (*runnet*) ſemper oleoſas caſeoſasque
partes aliquas fouet; nutriens ergo, ſed minus lacte
integro. Plethoram et inflammatoriam diatheſin p. 355.
melius corrigit, quam lac. At acorem in ventriculo
facile generat.

Art. II. *De animali cibo, ſtricte ſic dicto* (carne). p. 356.
Solubilis valde in liquore gaſtrico eſt, ſolubilior ta-
men, qui ex animalibus phytiuoris proficiſcitur, quam
qui ex carniuoris. Et phytiuororum carnes denſi- p. 357.
tate differunt, durior bouina, quam veruecina; durior
maſculorum, niſi caſtrati fuerint; tunc pinguiori p. 358.
itaque teneriori carne fiunt. Mollior iuniorum,
quae tamen ventriculo quorumdam hominum minus
conuenit, forſan quia alkaleſcentiore cibo opus
erat, forſan, quia iuniorum caro maiore gelatinae co-
pia abundat, quae expeditius aceſcit. Nec iura car- p. 359.
nium in vniuerſum facile digeruntur a ventriculo
iam in acorem prono, facilius ſolida caro; forſan
quia priorum liquiditas aciditati fauet. Solubilior
etiam caro pinguiorum animalium, quam macrio-
rum. Recens mactatorum caro difficilioris eſt ſolu- p. 360.
tionis, quam quae ad putrefactionem tendit; ad
quem vero gradum haec aſcendere poſſit, ne laedat,
ventriculorum diuerſitas determinare non patitur.
Caro etiam, quamuis recens, quo ad putredinem
aptior eſt, et alkaleſcentior, eo ſolubilior. Alkale- p. 361.
ſcentia maior carnis vetuſtiorum, carniuororum, vel
et eorum animalium, quae granis magis quam herba
veſcuntur, atque eorum, quae multum ſunt exerci-
tata. Quo alkaleſcentiores carnes, eo etiam per- p. 363.
ſpirabiliores videntur. Nutrimenti eo plus largiun- p. 364.
tur, quo ſolubiliores ſunt in ventriculi liquore. In-
tegre ſolutarum eae nutrientiores, quae plus anima-
lis materiae continent; nutrientior itaque bouina,
quam vitulina. Carnes in vniuerſum plus alunt, p. 365.

quam

quam idem pondus vegetabilis cibi, plethoram augent ad volumen, atque, quoniam obesitatem indu-
p. 366. cunt, etiam plethoram ad spatium. Robur maior toto corpori conciliant, irritabilitatem augent. Particulares etiam plethoras, si dispositio adfuerit, promouent, hinc multis morbis occasionem praebent. Parcissimus vsus carnium tutissima est via ad sanita-
p. 368. tem tuendam vitamque prolongandam. Quaedam de somno post prandium.

p. 370. *Bouis* caro densissima quam caeterorum quadrupedum; bouinam praeferimus taurinae, vtpote insolubiliori. Minus nutriens vitulina, sed plus gelatinae largitur, quam bouina.

Ouis. Minus densioris substantiae praebet carnem, quam bouina est. Veruecina arietinae multum praefertur; sed illa etiam facilius digeritur, sapidiorque est, quam agnina. Non duorum annorum minor sit, nec vltra quinque annos nata.

p. 371. *Caprina* caro non admittitur a delicatulis; densiori porro est textura, quam ouilla.

Suillae carnis peculiaritas in eo consistit, quod pinguedo separatim in ea accumulatur magis, quam
p. 372. in vllo alio animante. Pinguedo alimentitia est, si fert eam ventriculus; facile hinc digeritur caro suilla et valde nutrit. Differentia quae in carne aliorum quadrupedum occurrit in hac non obseruatur. Porcellarum caro itaque facilis est digestionis, nec castratus porcus valde differt ab apro (?).

p. 373. Omnis *Venatio* maior valde exercitata est, quare densam et alkalescentem carnem largitur, quae tamen, si iustae aetatis et pinguior est, non adeo difficulter digeritur et nutritiua satis est. *Ceruus* densioris alkalescentiorisque substantiae, ergo sapidior plerumque; *Dama* in vniuersum pinguior, solubilior itaque. *Capreoli* caro tenerrimae materiae, tamen ideo non solubilior est, vtpote macrior.

Lepus,

Lepus, ferum exercitatum valde, denſioris itaque atque non ita ſolubilis materiae; nutriens tamen ſatis, vtpote alkaleſcens caro. Facilior digeſtu, ſi, non venatus, necatus fuerit. p. 374.

Cuniculus multo facilioris digeſtionis, modo iunior ſit.

Quo rubriores carnes, eo plus alimenti ſuppeditant.

E volucribus eſca. Aues rubri calidique ſanguinis ſunt, ergo idem in illas cadit, quod de quadrupedibus dictum eſt. Carniuoris vix veſcimur. p. 376.

Gallus. Pullorum caro quamquam minus alkaleſcens et ſolubilior, non tamen ſemper facilis digeſtu. Inſolubilior gallina, quae anno maior nata eſt. Pinguior, multoque tenerior *capo*. Gallina ſaginata (*crammed fowl*) alcaleſcentior, ſapidior, teneriorque eſt reliquis. *Numida* iuſtae aetatis tenerum alimentum praebet nec alcaleſcentior eſt gallina. Minus ſolubilis praecedente *Gallopauo*, adque alkaleſcentiam pronior. Inter omnes denſiori carne eſt pauo, nec ad cibum admittitur, niſi admodum iuuenis. Idem de *Phaſiano* dicendum, qui vtut alkaleſcentior, tamen non facile digeritur, niſi pullus ſit. p. 377. p. 378.

Tenerior *perdix*, et alkaleſcentior *gallina* domeſtica. Idem de *coturnice*. Tetraones iſti LINNAEI, pedibus nudis, qualitate multum abſunt a tetraonibus, pedibus hirſutis. *Vrogallus*, *tetrao tetrix* cauda plena, et *Bonaſa*, *ſcotica* (*red game*, *Attagas*, BVFF.?) tenerioris ſubſtantiae, alkaleſcentiores et ſapidiores ſunt, tamen ſtimulantem valde cibum largiuntur. Aridior multo, durior, minusque ſapida caro eſt *Tetraonis lagopi* (*Ptarmigan*, *Gelinotte d'écoſſe*, BVFF.?). p. 379.

Cygnus propter denſiorem carnem vix adhibetur. *Anſer* huic quidem accedere videtur, tamen tenerioris eſt ſubſtantiae, quippe qui minus exercitatus ſit, vegetabilibusque nutriatur; difficilioris digeſtionis p. 380.

ſtionis foret, niſi alkaleſcentior eſſet. *Anas* alkaleſcentior, ſolubiliorque anſere. Vtriusque pulli difficilius digeruntur; vterque, ſi ex fera gente eſt, alkaleſcentior faciliorque digeſtu, quam ex domeſtica tribu. Ex anſerum genere dantur, qui, marini cum ſint et piſcibus victitent, alkaleſcentiores etiam ſint, et plerumque teneriores, digeſtibilioresque iis hominibus
p. 381. quos odor, ſaporque non offendit. Inter hos primus *tanus baſſanus* eminet. *Grallae* exercitati plerumque generis ſunt, hinc firmiori carne; quae marinae inter eas ſunt, valde ad alkaleſcentiam inclinant.
p. 382. Inter paſſeres *columba* maxime vtimur, quae iuuenis eſt, tenerum, et tamen alcaleſcentem, cibumque cibum largitur. Caeteri paſſeres quo pinguiores, eo etiam ſolubiliores et alcaleſcentiores, vermibus magis, quam granis veſcuntur.

Oua volucrium multum alimenti praebent; ſed digeſtibiliora videntur, quam reuera ſunt. Albumen fere calore coagulatum comeditur; vel ſi crudum aſſumitur, coagulatur in ventriculo, ita vt diſſol-
p. 383. vendum denuo ſit liquore gaſtrico. Facillime tamen a quibusdam oua digeruntur magna copia; indigeſtant e contra aliorum ventriculum. In vniuerſum minus alcaleſcentem cibum praeſtant, quam ceterae animalium partes, nec valde ſtimulant, quamdiu recentia.
p. 385. *Amphibia. Teſtudo marina* carnis albidae eſt, non multum a quadrupedum iuniorum ſubſtantia differre videtur; gelatinoſior vero cum ſit, eo nutrien-
p. 386. tior etiam, minusque perſpirabilis eſt. *Ranarum* ſubſtantia minus gelatinoſa, minus igitur nutriens. In eodem cenſu ponendus videtur *coluber berus*, non ab his manifeſte differre.
p. 387. *Piſces.* Multum natura differunt a recenſitis animalibus. Denſitas carnium non tam varia eſt in piſcibus, quam in illis; et aetate profectiores non
adeo

adeo durae ſubſtantiae, multoque minus, quam ca-
lidioris ſanguinis animalia, eiusdem aetatis. Cutis p. 388.
efflorescentiam interdum gignunt comeſti, quam vo-
mitu excitato nonnumquam remouit Auctor. Mi- p. 389.
nus perſpirabiles Ipſi videntur, quam carnes caete-
rae. Tantum alimenti fere dant homini, quam car-
nes. Tenerioris texturae piſces et gelatinoſiores, p. 390.
(cartilaginoſi certe) facilioris digeſtionis ſunt, et nu-
trimenti plus largiuntur, quam aridi et firmi. Pin-
guiores difficilius digeruntur, magis irritant corpus,
ſed et magis nutriunt; *Anguilla, ſalmo, halex.* Piſces p. 391.
in vniuerſum minus perſpirabiles eſſe videntur,
quam caro animalium calidi ſanguinis.

Inſecta. Vix differunt qualitate *Cancer gamma-* p. 392.
rus et *C. pagurus.* Paucitas alkali volatilis ex vtro-
que deſtillati demonſtrat, minus iis ineſſe animalis
materiae, quam caeteris brutis, immo amphibiis. Na- p. 393.
turae piſcium congruere videntur. Difficilioris di-
geſtionis Ipſi videntur eſſe, quam piſces macri. In-
terdum colicam vehementem, interdum efflorescen-
tias cutis ab iis, vel minima copia comeſtis, ortas vi-
dit, ob certam idioſyncraſiam.

Vermes. Oſtrea recens facile digeritur, admodum p. 394.
nutritiua eſt, forſan quia minus perſpirabilis eſt; co-
cta vera aut toſta difficillime digeritur. De perſpi-
rabilitate eius difficili, experimentis, in ſe inſtitutis,
ſibi ipſe perſuaſit.

Cardium edule et *Mytilus edulis* ambo firmioris
ſunt ſubſtantiae, ideoque minus digeſtibilia, quam
oſtreae, quamquam caeteris qualitatibus cum his
conuenire videantur. Noxios quidam ab iis vide- p. 395.
runt effectus, et virulenti quidquam iis interdum in-
eſſe iudicarunt. Nihil Ipſe huiusmodi vidit; ſcri-
ptores vero iſti neque naturam huius veneni indica-
runt, nec mytili ſtatum, quo ipſe noxius reddatur.
Nimia quantitas eorum comeſta vel idioſyncraſia in

culpa

culpa eſſe potuit, vt in halece, ſalmone, gammaro vſu venit.

Limax tenerae ſubſtantiae, itaque facilis digeſtu. Propter gelatinoſam naturam valde nutriens eſſe creditur; ſed qua proportione, ignoratur. Refrigerare putatur, ſed nullum animale refrigerans, minus calefaciens ad ſummum erit.

p. 396. *De re coquinaria.* Omnium gentium more cibi
p. 397. calore praeparantur. Particulae minutae horum corporum calore diuiſae ſolubiliores ſic reddi videntur in liquore gaſtrico. Volatiles etiam partes non nutrientes interdum noxiae diſſipantur; aëri fixi maxima pars ex iis euoluitur et expellitur, hinc minus fermentabilia, minus flatulenta redduntur. Humidus calor aptior ad praeparandos cibos videtur quam ſiccus. Salitio et ſiccatio carnis ad conſeruandam eam, donec coquatur, inuenta eſt, ſed inſolubiliorem reddit; quid, quod et magna ſalis copia corpori nocet. Caro etiam ſeponitur, vt putrefiat paululum; hinc ſolubilior redditur, nec minus nutriens, ſi iuſte limitetur putrefactio; alias facile morbos generat.

p. 399. Caro dum *elixatur*, exponitur calori bullientis aquae. Firmiores partes (tendinoſae, membranaceae) ſolubiliores in ventriculo fiunt coctione, et
p. 400. gelatinoſae partes extrahuntur. Iuſculum extractus retinet ſalinas partes; hinc reliquum, etſi minus ſolubile, tamen etiam minus alkaleſcens fit, minoremque calorem in corpore excitat. In *digeſtore* optime coquitur caro, tenerrima fit et partes volatiles
p. 401. retinet. Lenta coctio (*ſtewing*) diutius protracta in parua aquae quantitate, ordinaria coctione praeſtat, et ſapidiorem tenerioremque reddit carnem.

Aſſatio carnis in paſta inuolutae (*baking*) quidquam exhalare eam vix ſinit, iuſculoque intus retento tenuior fit caro.

In

In *toſtione* (*broiling*) ſuperficies ab igne nudo indureſcit, quo exhalatio impeditur, interiorque pars tenuior fit. Idem fere de *aſſatione in veru* (*roaſting*) dicendum; hic calor applicatus aequalior. Aſſatio autem in ſartagine (*Frying*), addita parua pinguedinis copia; haec empyreumatica fit, caroque hinc minus ſolubilis exiſtit. Peſſimum aſſationis genus, niſi coctio lenta (ſtewing) illi iungatur. p. 402. p. 404.

Potulenta. Sitis indicat diminutionem aquoſae partis in fluidis noſtris, quae ſuppletur *aqua* vel ſola, vel certis ingredientibus mixta aut natura aut arte. *Aqua* pura (quod argumentis monſtrat) potus eſt homini aptus. Dura, quae vocatur, ea eſt, in qua particulae terreae ſolutae ſunt, ad cibos quidem praeparandos minus apta, ſed hominibus vix vlla ex parte nociuam eſſe, vt quidam crediderunt, experientia declarat. Nulla aquae impraegnatio, quae nec viſui, nec olfactui, nec guſtui occurrit, noxia reputanda. Nec aqua niualis nociua. *Liquores fermentati.* Liquores fermentant, quatenus ſaccharum continent, quod quidem in fermentatione vario modo mutatur, et alcohol generat. Hinc *Vinum:* eius differentiae reſpectu maturitatis uvae, et fermentationis adhibitae. Vinum nouum acorem in ventriculo facile generat; aliter vetuſtum, quod roborat potius et digeſtionem promouet, totum ſtimulat corpus, vires erigit, exhilarat; maiori vero copia potum, inebriat et narcoticum fit. Acetum in vino contentum ventriculo multum nocet, fermentationem acidam promouendo. Externa boni vini ſigna indicat. In malto, ex quo *Cereuiſia* praeparatur, ſaccharum grani euolutum eſt germinatione, quod aqua extractum fermentationi iuſtae ſubiicitur; liquor enatus partem alcoholis continet et vino ſimilis fit. Hordeum inter cerealia facillime omnium germinat, et inter germinandum expeditius plenius-

p. 406. p. 407. p. 410. p. 411. p. 414. p. 415. p. 419.

que ſaccharum ſuum euoluit. Ex auena parata c
reuiſia non amari quidquam continet. Quo mai
hordei, matura farina pleni, quantitas adhibetur, qu
maiori diligentia *maltum* paratum eſt, quo meli
et perfectius ſaccharina materia aqua extrahit
quo plus caloris ad coctionem adhibetur, eo etia
p. 420. fortior cereuiſia. Fermentatione peracta, non ſ
vinum ſerum, ſed farinaceae materiae multum re
net, quae nutrientiorem cereuiſiam, ſed et ad ac
rem in ventriculo excitandum aptiorem, redd
Quo ſpiſſior cereuiſia ſit, eo maiorem viſciditatem
humoribus procreare credita eſt, ſed falſo.

p. 421. *Spiritus ardens*, ex fermentatis liquoribus extr
ctus, ſemper magis ſtimulat, inflammat et narco
cam vim exercet (vtut aqua, ſaccharo aut aci
[*punch*] mixtus ſit), quam in liquore vinoſo cu
reliquis partibus adhuc intime mixtus. Neque di
fert ſpiritus eſſentialiter, ex quocunque tandem fe
mentato liquore deſtillatus fuerit.

p. 422. Cap. IV. *Condimenta;* duplicia ſunt, vel *ſalin*
vel *acria*. Prioris generis eſt *ſal commune*. Hoc pra
cipue ad conſeruandam carnem adhibetur, quae
parca copia comeditur, digeſtionem facilitat, magn
vero, ſalinus ſanguinis ſtatus excitatur et ſcorbut
procreatur. Inſtinctu quaſi fere omnes gentes a
p. 424. vſum ſalis ducuntur. *Saccharum*, qua condimentum,
antiſepticum eſt. Condiuntur ipſo fructus hora
qui tamen tunc comeſti, magis ad acorem ventricu
lum diſponunt. Largius aſſumtum ſaccharum, quam
ad compoſitionem ſanguinis neceſſe eſt, auget ſal
p. 425. num ipſius ſtatum morbosque gignit varios. *Ac
tum*, vt condimentum, videtur ipſi fortius antiſepti
cum, quam acida mineralia. Carnes in eo ſeruat
nil nutritii amittunt, nec indigeſtibiliores fiunt. Mi
nus ad putredinem tunc inclinant; ergo proſunt
Aceto conditi fructus nullam vim praeter illam ac
ſoli

ſolius poſſidere videntur. Perfecta fermentatione p. 426.
paratum impedit magis, quam promouet acorem
ventriculi. Saepe excitat appetitum, ſed larga quan-
titate ingeſtum, refrigerat potenter et debilitat ven-
triculum, hinc in arthritide etc. nociuum.

Acria condimenta vel aromatica, valido odore p. 427.
praedita, vel acria ſimplicia. *Aromatica* largam olei
eſſentialis partem continent; hinc antiſeptica et ad
carnes conſeruandas apta. Vel etiam ad iuſcula ad-
hibentur, vt ſapidiora reddantur et digeſtionem ſti-
mulo promoueant, aut flatus exterminent. Ad ve- p. 428.
getabilia aptiora videntur, quam ad carnes. Larga
quantitate aſſumta ſtimulant, calorem excitant; at-
que, vſu frequentius repetito, tonum ventriculi de-
bilitant. Inter *acria ſimplicia* eminet *ſinapis* et *ra-*
phanus ruſticanus; excitant ventriculum, digeſtio-
nem, perſpirationem, vrinam promouent, antiſcor-
butica ſunt, aptiora ad carnes. Fere idem de *cepa* p. 429.
et *allio* dicendum, idem de *aſa foetida*. *Capſicum*
inter maxime calefacientia condimenta reponendum.
De condimento *Ketchup* quaedam, et de *Soy* ex ſe- p. 432.
mine dolichos cuiusdam praeparato.

Seueriores tandem ſuas forſan, ſi cui ita viſa fue-
rint, regulas diaeteticas relaxat illo: *ſanis omnia ſana.*

III.

MAXIMILIANI STOLL, medicinae clinicae P. P. O. in vniuerſitate vindobonenſi, praelectiones in diuerſos morbos chronicos. Poſt eius obitum edidit et praefatus eſt IOSEPHVS EYEREL. Vindobonae, typis Chriſtiani Friderici Wappler. Vol. I. 1788. 8. mai. pagg. 404. ſine praefatione et ſynopſi. Vol. II. 1789. pagg. 582.

Poſt auctoris celeberrimi heu! praematurum obitum collectanea eius ad Cl. EYEREL peruene-

 runt,

runt, qui ex hac penu praelectiones hasce diu annis conscriptas et habitas (vnde factum est, vt ria argumenta bis tractentur) primus nobis non tantum lingua, qua vsus est b. STOLLIVS, sed in naculam quoque versas *) tradit. Acceptissim vtique donum, dignumque Auctore, licet imper ctum, opus, doctrinae quippe eiusdem, acum practici, candorisque ac ingenuitatis animi docum tum, cuius vtilitatem in eo praecipue ponit Cl. E tor, „vt iunióres medici chronicos sibi occurren morbos ad *febrium doctrinam* reuocare et *diur* harum aegritudinum *causas* sollertius rimari sci scant.„ Simul idem edendorum commentarion in b. STOLLII aphorismos de cognoscendis et c randis febribus initium fecit, de quibus postea ad ctores nostros referemus, id tantum hic monen dolendum esse, quod minus iusto curae impens fuerit cauendis vitiis typographicis, neque syno additae fuerint paginae, quod lectionem multo fa liorem redditurum fuerat. Verum vbi plura nite his non offendemur. Nostrum nunc est, conte torum summam exhibere, excerptis passim iis, qu aut plane noua aut curatius determinata videantur.

Vol. I. p. 1. 1. *Scorbutus.* Stadia eius quatuor, nascentis, i crescentis, adulti, consummati. Numquam ad f briles morbos pertinet, etsi subinde cum febre com plicetur. Diuisio in terrestrem et maritimum a non est: addit autem b. Auctor: „an in acidum, a calinum, muriaticum, et quare non?„ Remed caussis accommodanda. Tentanda adhuc quaedam rubia, sanguinem diutius a putredine praeserua

quar

*) MAXIMILIAN STOLL *Vorlesungen über ein chronische Krankheiten. Aus dessen Nachlass heraus gegeben und in das Deutsche übersetzt von* JOSEPH EYEREL. *Wien* 1788. *gr.* 8.

quam cortex peruuianus, at multo adhuc diutius ſa-
bina et calamus aromaticus; guaiacum, ſaſſafras, aſſa
foetida, quorum quidem omnium effectus externi
annotuerunt.

II. *Rhachitis*. Morbus anno 1612. (Vol. II. p. 432. p. 16.
indicatur annus 1630.) a GLISSONIO accuratius de-
ſcriptus, at probabiliſſime generi humano coaeuus
(inferius exempli loco Therſites Homericus addu-
citur). Poſt ſecundum annum eum prorupiſſe vidit:
rarius, et in ſolis fere feminis, paullo ante puberta-
tem ſe manifeſtat. Mentis conditio varia ab affectis
vel immunibus capitis oſſibus. Puellae et iuuenes,
quibus celere incrementum potiſſimum oſſium con-
ſigit, habitu ad phthiſin procliui, a labe rhachitica
affici videbantur b. Auctori, curaque antirhachitica
quam maxime iuuari; integras tales eſſe familias,
malumque hereditarium in ſeros nepotes propagan-
dum, niſi vel proles alterutrum parentum meliori
ſanitate donatum ſequatur, vel matura medicatio ac-
cedat. Variolae infantibus rhachiticis paucae et be-
ignae meliorque ſanitas poſt inoculationem, forte
magis a regimine, quam inoculatione. Febrilis per
ſe non eſt morbus, ſed in progreſſu accedit febris
lenta. Epidemicam dari rhachitidem et ab anni
tempore aliquid accedere, putat b. Auctor. Conna-
tum non vidit, probabile tamen id iudicat. Neque
a lue venerea laruata fractaue, neque ab acido prae-
dominante oriri, neque miaſma peculiare eſſe, quum
methodo vniuerſali tandem tollatur, totque cauſſas
habeat, quae omnes debilitatem ſolidorum et muco-
ſam aquoſamque humorum conditionem inducant.

III. *Scrophulae*. Non confundendae cum ſcirrho, p. 30.
neque cum ſtruma. Cauſſa proxima ignota: an miaſ-
ma ſpecificum, an ſemper cauſſa venerea, quod non
videtur; an materies arthritica? In curatione diaeta
inſtaurans, ſaturatiſſima decocta vel extracta taraxaci,

cichorei, graminis, lactucae viroſae; huius, ſale m
to eſſentiali diuitis, maior exinde laus in hydrop
poſt ſuppreſſam febrem intermittentem; puer
a drachma vna ad duas intra viginti quatuor hor
cum tartaro ſolubili exhibendum. Alia ex reſolue
tibus, amaris, antiſcorbuticis; extractum aquoſu
guaiaci praeſtantiſſimum, vel ſolum, vel cum aliquo
parte reſinae eiuſdem. *Scrophulae laruatae:* ophthal
mia; tumor labii ſuperioris; cruſta lactea, in q
accidentale tantum diſcrimen a morbo ſcrophulo
ſemper obſeruaſſe ſibi viſus eſt b. Auctor; herpe
atrophia; phthiſis; achores; tinea.

p. 52. IV. *Hydrops.* Plures feminas, quam viros, eo l
borare, vt vel ipſe ſexus ſequior ad eum praediſpo
nat. Peiorem et magis immedicabilem non eſſ
quam qui ex abuſu vini, praecipue ſpiritus eiuſdem
originem duxerit. Ab hauſtu frigidae aeſtuante co
pore intra paucas horas ortus. Peccare grauiter
qui omnis hydropis curationem ab aquarum euacua
tione auſpicentur, omiſſo cauſſarum examine. Pur
gantia hydragoga, draſtica, rariſſime indicari. Ca
tiones in ſcillae vſu; abſint febres, obſtructiones
potiſſimum hepatis, facile inde inflammandae; no
cet maxime in hydrothorace (ſed vide inferius). Er
hibendi modi: cruda in paſtam contrita cum extra
cto vel ſyrupo conueniente in pilulas formata; to
ſtione forſan non bene vitia eius corrigi; acetum
cum ſale tartari ad hydropem a febre intermittente;
valentius cum ſale alkalino volatili ſimplici, vbi p
tuitoſi ſimul infarctus ſunt, in hydrope ab arthriti
de. Vterque ſal ita compoſitus non ſolus, ſed alia
remediis admiſcendus. Acetum cum lapidibus can
crorum. Oxymelli adiectis amaris, ſtomachicis, fri
gide vel in leui digeſtione. Oxymelle colchico ſcilli
mitior eiusque incommodis carens. Rurſus lau
ſucci inſpiſſati lactucae viroſae vel ſolius vel additis
terra

terra foliata tartari alioue ſale medio, vel ſcilla. Mercurii inunctio repetita moderataque in hydrope a morbis cutaneis retropreſſis, iuncto interno florum ſulphuris vſu; in hydrope ab infarctu hepatis. Exemplum hydropis anaſarca euacuantibus fruſtra impugnati, vectione, vino meraco et carnis eſu curati. Hydrops inflammatorius praecipue puellarum ruſticarum a catameniis ſuppreſſis, antiphlogiſtica methodo ſanandus. Immedicabilem a rupta poſt diutiſſime retentam vrinam veſica vidit b. Auctor. Hydrothorax morbus gentilitius. HAENIVM ob copioſas, quas ſibi ipſe inſtituerit, venaeſectiones hunc morbum ſibi contraxiſſe. Peripneumonia eiuſdem cauſſa; alia eaque frequentiſſima, aſthma quodcumque, raro, ſi vnquam, ad neruos referendum, ſed plerumque et fere ſemper a materia arthritica ad pulmones delata ortum. Pulſus fallax in hydrothorace; neque repentina excitatio ex primo ſomno cum metu ſuffocationis indubitatum ſignum. Femina ob hunc metum multas ſeptimanas, alius aeger ſeptem menſes ſedendo tranſegerunt; vtrique reſtituta ſanitas. Si modica aquae quantitas in alterutro pectoris cauo haereat, aeger adhuc aliquem motum exercere poſſit, neque ceteroquin ſit pinguis et toroſus, ſub celeri conuerſione aure manuque admotis appulſus aquae ad latera percipi poteſt. Signum a Cl. AUENBRVGGER propoſitum *) ſolum non ſufficit, neutiquam tamen ſpernendum. *Tympanites* male creditur aſciti frequentiſſime iungi, quod perraro contingit.

V. *Lues ſyphilitica.* Solo eam mercurio hucuſque ſpecifice ſanari; videri virus venereum ab eodem admiſto quaſi *neutraliſari*, vti mercurium a ſulphure. Mercurium in aqua mucoue ſolubilem cum viru venereo miſtum luem producturum non putat p. 93.

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XI. p. 57.

b. Auctor, et eiuſmodi eſſe remedia prophylactica anglica et gallica; ſibi ipſi notam eſſe mitiſſimam ſolutionem aquoſam, quae multum mercurii capiat, ab ipſo tamen ob abuſum inde metuendum non vulgandam. *Gonorrhoeae* ſpeciem quandam ortam vidit a phimoſi connata. Vlcuſcula vrethrae, non cauſſa, ſed effectus gonorrhoeae. Materiam gonorrhoicam cum venerea eandem eſſe, et qui ſecus ſentiant, eodem modo errare, ac ſi quis febrem vere intermittentem fuiſſe neget, quod cortici non obediat. Vrinae ſuppreſſionem lethalem vidit a tanta vrethrae inflammatione, vt eius cauum et canalis deleretur. Difficultas in diagnoſi gonorrhoeae muliebris a fluore albo non venereo: ſatis certum arbitratur, ſi mulier antea perfecte ſana repente in fluorem albo-flavouireſcentem et acrem incidat, abſque menſium anomalia, haec acris materia poſt aliquot ſeptimanas miteſcat, ac tandem dolore euaneſcente mutetur in benignam; fatetur tamen, haec in gonorrhoea non venerea *vtplurimum* aliter ſe habere. *Teſticulus venereus. Bubo:* non confundendus cum eo, qui ab aliis cauſſis, materia ſcrophuloſa vel arthritica, naſcitur; duplex eius ſpecies, ſymptoma gonorrhoeae grauioris neglectae vel peruerſe tractatae, et luis confirmatae. *Cancer venereus* verus, ſollicite a ſpurio diſtinguendus. *Condylomata. Lues vniuerſalis.* Ex ſymptomatibus eius nullum, quod *omni*, nullum, quod *ſoli* conueniat. Panniculum adipoſum ita induratum conſpexit b. Auctor in homine ad adſpectum valde pingui et obeſo, vt manus tangens carnes omnes quaſi fumo duratas deprehenderet, abdomine ipſo duro. Ophthalmiam veneream facile cum bilioſa et rheumatica confundi. Fuſio excaecatus ab ophthalmia congenita ſaturninis tractata. Maculae corneae, lippitudo etiam chronica ruborque oculorum, item exiguae puſtulae in limite corneae

poſt

poſt variolas enatae, ophthalmiae pariter rheumaticae, tolluntur vnguento ex butyri inſulſi recentis vncia, mercurii praecipitati rubri ſcrupulo dimidio vel integro, ſacchari drachma, ſemel vel bis per diem lentis magnitudine cantho interno imponendo inter decubitum, abluendo poſt dimidiam horam lacte tepido, ſi grauius doleat. A medicamentis vehementioribus in grauiore morbo inflammatorio partiali enata phrenitis. Colica venerea periodica. *Methodus medendi lui vniuerſali* praeſtantiſſima per inunctiones mercuriales partitis vicibus interpoſitis balneis peragendas; vnguentum placet ex vna mercurii et duabus axungiae recentis porcinae partibus per ſeptuaginta duas horas in mortario ligneo inter ſe tritis; terebinthina non addenda, niſi cutis eam ferat. Mercurius, quam diutiſſime fieri poteſt, in corpore relinquendus; inunctio vſque ad leue initium futurae ſaliuationis, halitu foetorem acquirente, continuanda. Capra mercurio inuncta, vt lac medicatum reddatur; tentandum foret, quid mercurius valeret in corpora animalium maiorum et perfectiorum, item in variis eorum morbis, potiſſimum cutaneis, itemque in contagioſis (vaccas complures mercurio ob morbum cutaneum inunctas periiſſe nouimus). Debiliſſimis commoratio in cubiculo, vbi plures aegri inunctione vtuntur. Aliae methodi vtendi mercurio, earumque commoda et moleſtiae. Mixta methodus. Remedia antiſyphilitica alia praeter mercurium. Monita et praecepta. Gonorrhoeam vere veneream in infantibus bis vidit b. Auctor: differt ſolum, quod vix adſit inflammatio, at copioſus et acer fluxus per pudenda.

VI. *Conuulſiones.* Tetanus maxillae in homine hydrope anaſarca laborante a metaſtaſi ad cerebrum, epilepticos et apoplecticos inſultos efficiente, tunc magis obſeruandus, vbi quid ingerere vellet. Species ra- p. 188.

rior eſt maxillae inferioris vltra ſuperiorem ea protruſio, vt dentes dentibus iam non reſpondeant. Lingua tumidiſſima et mirum quantum protenſa in colica pictonum. Remedia antiſpaſmodica cauſſis excitantibus accommodanda. Celebratiorum conſideratio: certum eſſe, fibrarum tenſionem, criſpationem, irritationem ad aliquod ſaltem tempus ab opio tolli, et ſtimulum irritantem per aliquot ſaltem horas inertem inefficacemque reddi; moſchus; caſtoreum; gummiferulacea ob virtutem reſoluentem, leniter roborantem ſimulque anodynam vim, hyſtericis inprimis amicam, per eminentiam neruina et antiſpaſmodica dici; foetida et empyreumatica odore opii ſimili agere; cortex peruuianus in cauſſam praediſponentem, nimiam a debilitate irritabilitatem, agens, in conuulſionibus periodice redeuntibus; viſcum quercinum ad acrimoniam humorum neruos ſtimulantem inuoluendam parumque roborandum, at non decorticatum adhibendum; hyoſcyami extractum opio ſimile, ſed aluum non coercens, tranquillioremque non raro ſomnum reddens; forte magnis doſibus in colica ſaturnina opium ſuperaturum; ſtramonium, illo potentius; valeriana vtraque; folia aurantiorum; ipecacuanhae vis aduerſus aſthma ſpaſticum, hypochondriacum et hyſtericum, item aduerſus haemorrhagias; ob vim roborantem emeticis aliis praeſtare; flores zinci triplici virtute agere videntur, abſorbente, leniter tonica, ac nimiam irritabilitatem corrigente; mercurius in tetano maxillae, epilepſiae, ſanando tophos, corrigendo miaſma, forte et alia adhuc incognita ratione.

p. 276. VII. *Morbi infantum.* An variolas pati poſſint in vtero materno, nondum deciſum: morbos haereditarios male negari. Morbi externi recens natorum. Aſphyxia. Lactatio: male differri primam vltra duodecim horas; lac matris etiam minus bonum

proli

proli magis conducere, quam bonum, ſed alienum; matres febre acuta laborantes abſque noxa lactare. Vomitus cruentus recens natorum a ſanguine vel ſero ſanguinolento ex papilla introtracta exſucto vanum terrorem incutiens. Fraudes nutricum. Cura infantis abſque nutrice educandi. Aluus rara: convulſiones internae ab eadem. Exulcerationes: cauendum a ceruſſa, eius loco vtendum ſemine lycopodii vel creta colonienſi, cui, ſi excoriatio latius ſerpat, aluminis crudi octaua vel quarta pars addenda. Herniae: facile reponuntur, raro aut numquam incarcerantur. Bracheriis tum demum locus, quum infantes poſſunt ambulare et ſoli incedere. Aphthae: ex topicis promtiſſimum auxilium alumen crudum parca doſi in aqua ſolutum; ſolutio ſacchari ſaturni periculoſa ob deglutitionem. Tormina. Conuulſio; a retropreſſo morbo cutaneo; „veſicantia, vt adhibeantur, nollem vmquam: vidi triſtem caſum„ inquit b. Auctor. Hirudinibus retro aures, ad tempora, ad brachia applicatis ſe plures infantes plenos et ſucculentos ſanaſſe laetatur. In dentitione vomitus, tormina, teneſmus, diarrhoea viridis, copioſa ſymptomata ſympathica neruoſa ſunt, non ſaburralia; febre praeſenti purgantia cautius danda; neque ea antiſpaſmodicis maturius datis augenda, ex quibus optima ſaepe ſunt venaeſectio, hirudo. Vermes teneriori aetati rariores, niſi iam praeter lac matris aut nutricis alia aſſumantur alimenta. Diarrhoea. Vermes: amplior de iis in vniuerſum tractatio. In conſtitutionibus verminoſis, vbi ſeminium morboſum ſubeſſe epidemicum, vermesque morbi cauſſa ſtatuantur, forſan id ſolum verum eſſe, epidemiam cadere facilius in antea verminoſos. Atrophia. Rhachitis. Tuſſis conuulſiua: an morbus nouus ſit, dubium; ſaltem nouiter deſcriptus. Nec contagioſam dici poſſe, licet plerumque ſit epidemica. Experiendum,

riendum, an aliqua ratione communicari ſeu inocu-lari queat; falſum eſſe, eam non niſi ſemel per vi-tam afficere (quod inferius, vbi de hoc morbo gene-ratim ſermo fit, repetitur; hinc veremur, vt neceſſi-tas inoculationis tanta videatur, quanta in variolis aliisque morbis, in regula ſemel tantum extimeſcen-dis). Non ſemper alternis diebus exacerbari, licet interdum febris remittens vel intermittens eidem iungatur. In fabro lignario ex pleuritide conuale-ſcente grauiſſimum et fere ſuffocatiuum inſultum, ſed vnicum, vidit b. Auctor. Medicos Viennenſes hunc morbum adeo auerſari, vt infantes eo laboran-tes ſoli naturae committi iubeant. Sedem eius ignorari: prophylaxis, forte ſola in praecauendis ven-triculi cruditatibus et perfrigeratione. Tuſſes aliae: catarrhalis, titillatoria ſeu gutturalis, dentientium aliaeque ſymptomaticae, ſtomachica, viſceralis. Ca-tarrhus ſuffocatiuus, non peculiaris morbus. Febres infantum: intermittens frequenter laruata, non diu ſibi ipſi relinquenda; vere inflammatoriae, item bi-lioſae rariores, crebriores pituitoſae. In omni fe-brili morbo attendendum ad dentitionem, variolas et morbillos, vermes, ſcarlatinam. Morbi cutanei: ſcabiem non videri conſiſtere in animalculis (WICH-MANNI *) mentionem factam non videmus, hac tra-ctatione procul dubio ante eius tempora ſcripta); ſcabiem iam praeexiſtentem ſolum iis habitaculum ſuppeditare. Saepe floribus ſulphuris, interpoſitis purgantibus, ſolis cedit; rebelle malum ſulphuris vel mercurii externum vſum poſtulat, ſemper tamen adhibito ſimul interne ſulphure. Inoculatio ſcabiei prorſus reiicitur. Acidum vitriolicum plethoricis proficuum, debilibus nocet. Cruſta lactea: para-lyſin artuum inferiorum a cohibito effluxu retro au-res et vlcere ſanato vidit b. Auctor, veſicante ibi ap-plica-

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVIII. p. 634.

plicato ſanatam. Achores ſaepe difficillimus morbus, ideoque nonniſi repetita leni aluiductione lotionibusque capitis cum decocto bardanae et pauxillo ſaponis curandus; tubercula circa collum, achorum praecurſores, a ſcrophulis diſtinguenda. Tinea: arcanum nuperum ex bufonibus igne clauſo combuſtis. Lentigines. Herpes: diſpiciendum, an mere topicus, vel a praua diſpoſitione corporis pendens morbus ſit. Naeui materni. Furunculus. Verrucae. Hydrocephalus.

VIII. *Tuſſis conuulſiua.* Egregia tractatio, ſuperiori amplior; in tranſitu quaedam de neceſſitate conſtitutionis epidemicae ſollerter indagandae et morbis etiam ſporadicis applicandae. Gibbos a tuſſi ab HIPPOCRATE deſcriptos tuſſi ferinae adſcribendos eſſe. Saepius ſolis vrgentioribus ſymptomatibus medendum eſſe, e. g. peripneumoniae, ſtaſi in encephalo, tuſſim ipſam naturae committendam; emetica et purgantia non facile crebro repetenda, ne vires frangantur; nil magni agendum, quamdiu aeger appetat et febre careat, etſi morbus in longum trahatur, opemque a mora petendam. Plura in volumine ſecundo. p. 290.

IX. *De officio medici* allocutio ad auditores finitis praelectionibus, quam tamen lubentius proemiis, commentariis Cl. EYEREL in aphoriſmos praefixis, a nobis mox indicandis, ſubiunctam vidiſſemus. p. 304.

X. *De morbis quibusdam capitis.* Cephalalgia. Hemicrania dira ex ophthalmia ſeroſa retropreſſa, applicato in vicinia veſicante ſanata. Oſſicula membranis cerebri innata in capite vetulae; vaſa arterioſa oſſeſcentia, pariter aliquoties in ſeniculis inuenta. Vermes in cerebro in dubium vocat b. Auctor, quos tamen ſuperius p. 252. aſſumſerat. Cauendum, ne omnes dolores nocturnos vel capitis ſolius vel artuum p. 314.

tuum venereos putemus. Vertigo: in tranſitu quaedam de manuſtupratione; curam humquam a ſola pharmacia inchoandam, ſed vt in multis aliis morbis, ſic maxime in hoc, animum ſimul aegrotantis philoſophia vera ſanandum eſſe; item excurſus de officio lactandi. Ab apoplexia a fumo carbonum tranſitus ad reliquas apoplexiae ſpecies. Veteribus non ſemper vniuerſalem, ſed ſubinde partialem denotare. Lethargum HIPPOCRATIS morbum pectoris, non capitis, videri. Incubus in iis, qui ad apoplexiam praediſpoſiti ſunt, periculoſus; in pueris et infantibus ex primis viis frequens. Impoſſibile adhucdum rationem reddere, quare eadem cauſſa in diuerſis ſubiectis apoplexiam, epilepſiam, tetanum effecerit. Eclampſiae infantum cauſſae et curationis methodi: in verminoſa certiſſimum et efficaciſſimum emeticum ex ipecacuanha; opium peculiari quadam vi vermibus inimicum, aeque ac extractum nicotianae. Dolores quicumque a pleuritide, torminibus, calculo cet. morbi huius cauſſa. Iugularis externae ſectio in latere ſano inſtituenda. Venaeſectionis neceſſitas etiam in apoplexia ſeroſa, vbi turgeſcentia vaſorum ſimul coniicitur. In cadauerum ſectionibus ſaepe dubium, vtrum ſerum effuſum cauſſa, an effectus apoplexiae fuerit. Cautela in iisdem, ne ſerum inter arachnoideae cellulas haerens pro gelatinae quaſi aut pituitae collectione morboſa habeamus. Vrinae retentio in apoplexia probe attendenda. Paralyſis: Gaſsnerianus etiam exorciſmus hic acriter perſtringitur. Paralyſin in colica pictonum non a metaſtaſi contingere, neque criſin illius eſſe. Ad morbos oculorum pertinentia: collyria nihil continere debere ſolidi aut indiſſolubilis materiae. Ophthalmia ſymptomatica, non adeo febris intermittens laruata dicenda, ſed potius huic iuncta. Amauroſis ficta. Odontalgia: etiam in ſe-

roſa

roſa venaeſectionem, licet per ſe non neceſſariam, tamen ſubinde praemittendam in plethoricis et ad inflammationem praediſpoſitis. In corporibus debilibus, ei vt aliis morbis ſeroſis obnoxiis, omnia euacuantia nocere, conducere corticem peruuianum; curatos quosdam ſola vini, cui antea non aſſueuerint, vſu (Vol. II. p. 49.).

Epilepſia. Mania. Saccharum ſaturni neutiquam iuuare, quum ipſum mire turbet cerebrum; opium rariſſime aut numquam; muſicam, forte ideam praedominantem eneuruando. Sagae; daemoniacos meriſſime maniacos fuiſſe, curatos ſana mente reſtituta; Nabuchodonoſoris et Sauli mania. *Catalepſis:* huc etiam quodammodo ſomnambuli referendi. *Ophthalmia:* in ſicca purgantia et veſicantia prorſus aliena. Collyriis, quae flores zinci ingrediuntur, aliquid mucilaginis cydoniorum vel tragacanthae addendum, vt hi ſuſpenſi teneantur. *Angina:* de membranacea, ad inflammatoriam relata, pauca quaedam non ex propria, vt videtur, obſeruatione (fuſius hanc poſtmodum Cl. EYEREL in ſuis commentariis pertractauit). In tonſillis ſuppuratis nulla reipſa ſuppuratio, ſed ſerum phlogiſticum per laxum tonſillae corpus transſudat et in membranam albidam coit tonſillas inueſtientem et pus mentientem. Angina maligna a GRANTIO atque ante eum ab HVXHAMO *) deſcripta, non peculiaris morbus, ſed febris aut petechialis, aut miliaris, aut ſcarlatinae intenſior ſolummodo gradus.

Vol. II. p. 1. p. 6. p. 10.

Odontalgia. Palpitatio cordis. Tuſſis (Miramur epidemicae illius anni 1782. plane nullam mentionem fieri, quum tamen eae anni 1580. a SENNERTO, ac anni 1675. a SYDENHAMO deſcriptae adducantur: ſine dubio praelectio ante annum dictum habita eſt). De tuſſi conuulſiua, praecipue ea, quae anno

p. 47. p. 49. p. 512.

*) vid. Comment. noſtr. Vol. VIII. p. 454. 457.

anno 1775. epidemice graſſata eſt, fuſius. Puella octo annorum omnibus remediis fruſtra adhibitis tuſſi ab opio nec minimum remittente, a kerme vero multum exaſperata, conualuit mixtura ex aquae florum tiliae vnciis quatuor, mucilaginis gummi arabici et ſyrupi diacodii ſingulorum vncia, extracti hyoſcyami granis duobus et lapidum cancrorum drachma dimidia, ad duorum cochlearium maiorum doſin intra biduum aſſumta. Species eiuſdem a ſolo refrigerio, vere rheumatica. Tuſſim hanc male haberi pro morbo ſpecifico ſui generis.

p. 78. p. 82. *Aſthma. Haemoptoe.* Variae ſpecies earumque curationes concinne exponuntur; inprimis quando opium locum habeat.

p. 94. p. 96. *Haemorrhagia narium. Vomitus cruentus:* non ex vaſis breuibus, ſed extremis arteriolarum apicibus. Morbus niger HIPPOCRATIS optime a TISSOTO*) deſcriptus (p. 238. KAEMPFII deſcriptio **) inprimis laudatur).

p. 99. p. 102. p. 104. p. 111. *Mictus cruentus. Haemorrhoides nimiae. Haemorrhagia uteri. Tabes:* cum phthiſi vnum idemque; egregie diuerſae ſpecies iisque appoſitae medendi methodi enarrantur. Inter reliquas ſpecies etiam de tabe dorſali ab onania. Cautus vſus reſoluentium in obſtructionibus glandularum. Phthiſis purulenta ex nimia ſuppuratione externa omnium maxime curabilis; laudatur radix arnicae ad drachmam vnam omni bihorio, ibi etiam proficua, vbi cortex peruuianus ſucceſſu caruit. In internis ſuppurationibus hic raro vel numquam iuuit, ſubinde tamen machinam labantem ſuſtinet. Radix arnicae potiſſimum, ſi ob diarrhoeam colliquatiuam cortex cito e corpore eliminetur. Equitatio in phthiſi purulenta noxia. Balneo terrae ruſticatio commodior, amoenior

*) vid. Comment. noſtr. Vol. X. p. 266.

**) Eorund. Vol. XXVII. p. 35. ſqq.

nior et vtilor (forte grato et ſolo frigore humidiuſculo iuuare, p. 572). Commorationem in ſtabulis et ſana ratio reprobat, et obſeruatio. Accubitus corporis iuuenilis forte ſolo calore proficuus: contagioſa tamen phthiſeos indoles negatur. Ill. STOERKIVS phthiſin ſolo ſaluiae infuſo ſanauit, cui lac non profuerat. Elixir vitrioli tantum in phthiſi a laeſa ventriculi functione orta; purulentam certe exacerbat. Petroleum ſaepiſſime nocebit.

Cardialgia. In apoplexia ab ingluuie commendatur emeticum ex vitrioli albi granis octo ad drachmam dimidiam. Temeraria, ſed felix curatio, vomitu nulla alia ratione excitando, per iniectam venae iugulari ſolutionem antimonialem. De venenis eorumque poſt mortem exploratione pauca quaedam, nec ſatis determinata; alia adhuc poſtea p. 172. vbi de vomitu agitur, ſubiunguntur. Vbi de cardialgia menſtruantium diſſeritur, regulae generales de pellendis menſtruis. Cardialgia variolantium facta eruptione ſponte ceſſat; ſubſiſtens emeticum poſtulat. Cardialgia ab hauſtu frigidae aeſtuante corpore ad cardialgiam bilioſam refertur. p. 135.

Singultus. Vomitus. In vehementiſſimo omnium primo ad opium confugiendum, antequam de oppugnanda cauſſa cogitetur, niſi opium ipſi cauſſae adverſetur. In variolis et morbillis eum ſola methodus morbo principali conueniens et regimen perſpirationi fauens mitigat: niſi poſt eruptionem ſponte ceſſet, verendum eſt, ne puſtulae varioloſae ipſum ventriculum obſideant, quibus ſola blandiſſima et emollientiſſima remedia conueniunt. De vomitu in febribus acutis et putridis monita. Situm retrogradum in curru inaſſueti tandem ferunt, quadrante hora antea aſſumta pilula opiata cum aqua cinnamomi; aliis profuit hauſtus vini gallici rubri vel larga quantitas tincturae martis in aqua quadam aroma- p. 153. p. 169.

tica. In vomitu a ſubitaneo terrore opium cardi- iunctum. Vbi opio ad compeſcendum vo opus eſt, ad curandum cohibito vomitu morb principalem durante opii actione remedia adhib da. Praeſtat opio in forma liquida vti, quia ſic m iorem ſuperficiem contingit et citius efficac que agit.

p. 185. *Colica.* In haemorrhoidali ſiue ſanguinea hir dines non applicandae tuberculis inflammatis, inflammatione diſcuſſa, ne ſuppuratio et fiſtuloſ vlcus ſequatur, ſed pone tuberculum in loco non flammato. In tuberculis non inflammatis et fini magnis lanceola praeſtat. In tranſitu quaedam abortus repetiti cauſſis. De colica pictonum ad no mam egregiae tractationis olim exhibitae *).

p. 214. *Ileus. Dolor inteſtinorum chronicus.* Methodu

p. 217. generalis pleraſque colicae ſpecies, ea excepta, in ſolo motu neruorum eſt vitium, vt apud hyſter cas, tractandi.

p. 219. *Diarrhoea.* arbitraria ſeu morbus niger HIPPO CRATIS (vide ſuperius). Diarrhoea febrilis aphthis ſaepe lethalis.

p. 281. *Dyſenteria.* Vitrum antimonii ceratum nihi ſpecifici habere videtur, effectusque incerti eſt. Dy ſenteria aeſtiua, nunquam abſque febre bilioſae n turae aut febriculoſa ſaltem diſpoſitione, eodem mo do in putridam et malignam tranſit, eademque re media requirit. Contagium nullum, niſi ex aëre cubiculo coinquinato; volatile certe non eſt. Di crimen inter dyſenteriam et aluum ſanguineam po colicam haemorrhoidalem, aliosque ſanguinis fluxu Dyſenteria feroſa, cuius epidemiam Londinenſem WILLISIVS deſcribit: cauſſam eius etiam conſti tuunt acidulae largius ingurgitatae, nec per confec ta colatoria eliminatae.

Haemor-

*) Rat. medendi P. II. Vienn. 1778. 8 mai. p. 267 ſeqq.

Haemorrhoides. Varia ſuperius iam in colica haemorrhoidali adducta repetuntur. p. 281.

Iterus. Inter eius cauſſas etiam venena quaedam vegetabilia, e. g. ſtaphis agria. Copioſe iterum de calculis biliariis, multis tamen recentiorum tentaminibus neque hic, neque ſuperius memoratis. p. 289.

Hydrops. Iterum multa ex tractatione in volumine priori repetita. Variae eius cauſſae, remediorum iis applicandorum ſelectus. Vbi cremori tartari aliisque acidis locus ſit. Rurſus de ſcilla: ſaevas in hydrope pectoris anxietates grana duo aut tria ſcillae crudae cum ſaccharo tritae citiſſime tollere, imo morbum ipſum non raro ſanare (at ſuperius Vol. I. p. 61. in hoc malo eadem maxime nocere dicitur). p. 297.

Malum hypochondriacum. Lues venerea. In polutione nocturna egregii vſus emulſio camphorata verſus veſperam ſumta. Methodus ſudoriferis luem curandi nequaquam ſatisfacit: quum progreſſu temporis benignior morbus videatur, forte poſteri poſt aliquot ſaecula ſecuriorem opem in ea reperient. Mercurius etſi luem certo curat, non tamen ſemper alios morbos a lue ortos ſanat; hinc effectus cicutae in morbis glandularum a malo venereo relictis. Incommoda mercurii ſublimati in forma pilulari vel ſolutione ſpirituoſa exhibiti: fumigatione numquam radicalis curatio obtinetur. Morbi a lue venerea oriundi vel cum ea complicati quomodo curandi; cur neglectis cautelis hic neceſſariis morbi venerei ſubinde incurabiles dicti ſint. Curatio gravidarum et infantum. Morbus connatus raro integre curatur. In morbo laruato ſymptomata certiora ſuis marte dato ſe manifeſtant. Pruritu et puſtulis ab vnguento neapolitano ſurgentibus prodeſt admiſcere pauxillum butyri cacao vel vnguenti de liquiritia. p. 316. p. 323.

ritia. Inunctio fieri debet a parte ſuperiori ver
inferiorem, i. e. ſecundum ſitum pilorum.

p. 372. *Morbi mulierum.* Menſtrua. Chloroſis: de fe
in genere quaedam. Nimia menſtrua. Fluor alb
exemplum in puella quadrienni, quae eodem pe
ſubſiſtente in atrociſſimos capitis dolores et ſubi
in conuulſiones incidit; catarrhus vteri, freque
admodum cauſſa. Grauidarum morbi. Abort
vbi opio vtendum; praediſpoſitio vteri abſoluto p
tu ante nouam impraegnationem diuturno robor
tium vſu tollenda; diarrhoea; tuſſis. Morbi p
turientium et puerperarum: cautelae in opio ex
bendo; vanus metus, ne ab eodem lochia ſuppr
mantur. Fluxus lochiorum nimius. Eiuſdem in
preſſio: potiſſimum ab inflammatione. Febris lact
Fluor alui poſt partum.

p. 411. *Morbi infantum.* Meconium acidum primar
viarum. Dentitio: ante quam eius ſigna appare
prodeſſe, ſi gingiuae ſaepius durius perfricentur, i
miſſo ſaepius a nutrice digito aut re quacumq
duriori (?); ſin vero dentitionis ſymptomata i
adſint, mera emollientia iuuare. Bacchantis potiu
quam ſanantis medici eſſe, in conuulſionibus a de
titione veſicantium ſtimulum tenello irritatoque co
pori admouere. Viridis faecum color in dentitio
potius a bile conuulſiuo modo expreſſa, quam a
acido, deducendus. Vermes: infuſum foliorum hy
ſopi contra lumbricos laudatum. Vomitus. Dia
rhoea. Conuulſiones. Tuſſis. Rhachitis: non vide
tur haereditate propagari. Scabies: protractior vſ
balneorum tepidorum ex aqua dulci morbum red
dit pertinaciſſimum; vnguentum ex ſulphure (Iaſo
riani mentio non fit) non adhibendum, niſi fim
interna auxilia in vſum vocentur.

p. 445. *De methodo praeſcribendi formulas.* Hanc prae
lectionem ideo ſe addidiſſe Cl. EYEREL in praefatio

ne dicit, "cum nuper impudentiſſimus homunculus *diſſertationem de materia medica practica* ediderit, quam inter STOLLII manuſcripta repertam fuiſſe affirmet, mendis vbique ſcatentem." Formulas autem ſe conſultius omiſiſſe, "ne mediocrum *formulariorum* plebs iis abutatur." Generalia quaedam obſeruanda. Modus praeſcribendi: puluis, decoctum, infuſum, infuſodecoctum, iulepus, ſucci expreſſi, mixturae, emulſum, electuarium, bolus, eclegma, conditum, conſerua, confectio, elaeoſaccharum, pilulae, trochiſci, rotulae, morſuli. Remedia externa: balnea calida, thermae ſulphureae, balnea frigida aliique modi aquam frigidam applicandi cum reliquo eius vſu, balneum vaporoſum, embroche, balnea artificialia, enema (ex lacte non nutriens ob mulcas, quas reliquit faeces), epithema, cataplaſma, epiſpaſticum (non bene ad plantas pedum), frontale (optima fermentatione frigidae SCHMVCKERI THERIACAE), collyrium cum ſuis ſpeciebus, errhinum.

IV.

IOSEPHI EVEREL commentaria in MAXIMILIANI STOLLII aphoriſmos de cognoſcendis et curandis febribus. Morbis quoque quasdam leges natura poſuit. Plin. Hiſt. nat. L. VII. Tomus primus. Vindobonae, typis Chriſtiani Friderici Wappler. 1788. 8. mai. pagg. 346. ſine praefatione et ſynopſi. Tomus ſecundus. 1789. pagg. 542.

Aphoriſmi ipſi in commentariis noſtris *) ſummo iure laudati ſunt. Ex collectaneis igitur b. Auctoris, quae iam in poſſeſſionem Cl. EVEREL. peruenisſe ſuperius diximus, collatis cum aliis b. STOLLII

*) Vol. XXVIII. p. 261.

operibus aliorumque auctorum ſententiis et obſe-
vationibus, iisque interdum admodum prolixe tra-
ditis, inſperſisque non paucis Cl. Editoris ipſius, ea-
tum eſt praeſens opus, cuius duo priores tom
nunc indicamus, duo reliquos a Cl. Editore prop
diem edendos auide exſpectantes; opus vtique n
ſigni vtilitate ſeſe commendaturum, nec STOLLII
genio carens.

Tom. I. p. 3. Praefixa ſunt b. STOLLII prooemia ad praelo-
ctiones clinicas annorum 1776. 1777. 1778. 178
1785. et 1786. vltimum lingua vernacula; plen
omnia admonitionibus grauiſſimis ad auditores dire
ctis. Haue anima pia!

P. 47. *Febris in genere.* Eius frequentia et latiſſima de-
minatio, ne foetu quidem in vtero ab eadem exem
Febris origo plurimorum morborum chronicorum
in pleriſque etiam hominibus mortis cauſſa. Febri
morborum medela: experimentis tentandum eſt
an aqua in venas infuſa febres ad ſanandos morbo
rebelles, epilepſiam v. c. et maniam, excitari poſſi
Quouſque febre vtendum vel eadem moderanda ſit
Quaenam corporis partes pro ſede febris habendae

P. 59. *Cauſſae febrium* excitantes et praediſponentes
ſingulares, ingeſta acria in cibo, potu, condimenti
medicamentis, animi et corporis motus, calor, acri
externe applicata, omnia denique ſanguinem et hu-
mores deprauantia.

P. 71. *Febrium partitio* varia a variis aſſumta, vel a ſym-
ptomatibus, vel a periculo et duratione, vel a decur-
ſu: optima a cauſſis excitantibus in vniuerſales, hae-
que iterum in ſtationariam, annuam, et intercurren-
tem; et ſingulares ſeu ſporadicas.

P. 77. *Febris ſtationaria.* SYDENHAMI merita: STOL-
LII in eodem ſequendo laus. Qua ratione in eius-
dem naturam ſit inquirendum. Cauſſae variarum
conſtitutionum non explicandae.

Febris

Febres annuae. Laudatur praecipue libellus Cl. p. 87.
HAEBERL *) pro commentario in STOLLII de his febribus doctrinam inseruiens, cuius potiora momenta hic adducuntur. Egregia etiam sunt, quae b. vir in ratione medendi variis locis tradidit, inprimis de constitutione biliosa anni 1771 **). Mutatio febris annuae in stationariam. Insignis huius doctrinae vtilitas ad cognoscendos, curandos et praecauendos morbos.

Febris inflammatoria. Synonymia. Prodromi fe- p. 107.
brium in genere. Symptomata febris inflammatoriae. Causae praedisponentes: aër frigidus siccus, aetas iuuenilis et vegeta, grauiditas; frequentius etiam Viennae, quam alibi aetas infantilis et puerilis, forte ab acriore atque minus sincera, sed ex aliis stimulis composita inflammatione; chlorosis inflammatoria in plethoricis nondum menstruatis; phthisis cum diathesi inflammatoria coniuncta; hydrops plethoricus, chlorosi supra dictae multum similis.

Febris ephemera, species simpliciſſima synochi p. 120.
imputris.

Inflammatio chronica; quorsum pertinet haemo- p. 123.
ptoe chronica seu pleuritis latens, egregie iuxta STOLLIVM (morb. chron. p. 19. vide superius) et HVXHAMVM descripta. *Causae excitantes synochi* p. 126.
imputris. Febris inflammatoria simplex et composita, p. 127.
v. c. biliosae, pituitosae, intermittenti iuncta, siue febris adscititia simul cum inflammatoria oriatur, progrediatur et finiatur, siue eiusdem effectus sit, siue etiam causa. Diuersissima harum complicationum exempla: grauissima cum febre putrida, difficillima

*) De febribus annuis et in specie de febre aestiua anni 1783. in nosocomio SS. Trinitatis vindobonensi obseruata descriptaque. Monachii 1784.

**) P. II. p. 87. seqq.

eum diiudicatu, tum curatu: neque turbatum encephali ſtatum, neque pulſuum debilitatem, neque petechiarum eruptionem morbi putridi praeſentiam extra dubium ponere; hinc accuratiſſimo reſpirationis atque hypochondriorum examine opus eſſe, paruisque et repetitis venaeſectionibus et emollientiſſima methodo aegros ſeruari, qui antiſeptica perturi fuiſſent.

p. 137. *Febris inflammatoria vniuerſalis, et eum topica inflammatione.* Exitus eiuſdem lyſi, criſi per ſudores, haemorrhagias, vrinam, diarrhoeas, abſceſſum; generalia de criſi, euacuatione et metaſtaſi critica; exitus in mortem ab inflammationis magnitudine, criſi erronea: lympha in cauum quoddam tranſſudante, abſceſſu interno, gangraena; exitus in alios morbos.

p. 164. *De prognoſi febrium in genere:* praelectio b. STOLLII abſolutiſſima.

p. 172. *Methodus medendi febribus inflammatoriis.* Phlebotomiae leuamen fidum vel infidum ab eadem; cruſta inflammatoria ambiguum ſignum. Potus emolliens, quorſum et enemata referenda. Potus emolliens, tepidus, acidiuſculus, refrigerans, ex arbitrio aegri parcis at frequentius repetitis doſibus hauriendus. Diaeta in vniuerſum. Conualeſcentia: de cura conualeſcentium in acutis generatim; in feminis vſque ad reditum fluxus meſtrui continuanda; ſymptomata reconualeſcentium.

p. 183. *Inflammatio rheumatica,* ab aliis ſpuria dicta: eius diſcrimen a genuina.

p. 185. *Inflammationes topicae. Phrenitis* vera, affectus primarius cerebri cum delirio et febre acuta continua inflammatoria. In cerebro ſecundarie tantum affecto eſt phrenitis ſymptomatica. Cauſſae remotae vtriuſque. Signa vtramque antecedentia. Symptomata vtrique praeſenti communia (Abderitarum febris ex LVCIANO etiam ad phrenitidem refertur).

Pro-

Prognoſis: ex phrenitide maniaci, lucidis interuallis famuli munere in noſocomio plures per annos functi, morbo tandem acutiſſimo enecti, cadauer duras craſſasque et in plurimis locis firmiter ſibi inuicem alligatas membranas cerebri exhibuit b. STOLLIO. Extiſpicia ex aliis auctoribus; naturae molimina in ſananda phrenitide. Cura: venaeſectio in brachio reliquis praeſtat; ſcarifatio occipitis, hodie vix non penitus neglecta, in vſum denuo reuocanda; capitis raſio inſtituenda, quam primum morbum inſtare appareat, quum iam praeſente difficillima ſit. Methodus medendi phrenitidi ſymptomaticae. Vſus camphorae, moſchi, opii in phrenitide priori in eo deliriorum genere, quod non ab inflammatione cerebri, ſed ab exceſſu irritabilitatis ab ipſa febre inducto progignitur, ſi eam, prout alia narcotica, ſimul poſcat aut admittat natura febris; moſchus potiſſimum in delirio a retropulſis exanthematibus; opium nonniſi ceſſante penitus febre, ſi leuia deliria, deſipientia atque fatuitas ſuperſint. Phrenitis et mania puerperarum: non a ſuppreſſo lochiorum fluxu, forte ex abundantia elementorum lactis in ſanguinis et humorum maſſa aberrantium ac tandem cerebrum ſupprimentium. Phrenitis a vi externa capiti illata: epithemata frigida efficaciſſima ſunt, ſi lintea ſale ammoniaco aut nitro conſperſa capitique impoſita aqua madefiunt; nocent, quamprimum ſuppurationis oriturae aut iam ortae ſigna adſunt. Relapſus et conualeſcentia. Quaedam adhuc notanda: optimum modum coërcendi furioſos eum videri, ſi linteis inuoluantur; alios tenebras, alios lucem abhorrere, vt ergo generalis hic norma nulla ſit.

Angina. Definitio et generalis diuiſio in eam, p. 256.
quae ſine tumore, et quae cum eodem eſt. Angina ſine tumore ab inflammatione laryngis circa eius ſummitatem, aliaque eiuſdem cum priore periculi

a morbis praegreſſis, quorſum etiam angina phthiſicorum referenda; catarrhus ſuffocatiuus. Angina cum tumore: eius varia natura et ſedes; huc etiam polypi narium referuntur. Angina inflammatoria; eius cauſſae; ſpecies: inflammatio aſperae arteriae, laryngis; muſculorum oſſis hyoidis et laryngis; pharyngis; tonſillarum, uvulae, veli penduli; harum partium compoſita. Quaeque ſpecies ſigillatim conſiderata, cum ſignis diagnoſticis. Ad priorem angina membranoſa, polypoſa, trachealis refertur. Duae priores ſpecies periculoſiſſimae ſunt, at rariores; tumore nullo ſe produnt, ſecus ac reliquae. Inflammatio muſculorum oſſis hyoidis metaſtaſi ad pulmones funeſta a b. STOLLIO obſeruata. Effectus anginae inflammatoriae. Eiuſdem exitus varii: trachealis reſolutione, criſi erronea in formata membrana, hiſtoria huius morbi prolixa, exemplum eiusdem ex STOLLII rat. med. Methodus medendi. Tracheotomia. Addenda quaedam: volumen maius tonſillarum remanens; niſi functiones eo laedantur, medicamentis non indiget; lympha coagulabilis intra ſubſtantiam earum collecta, ſcirrhum mentiens, male reſoluentibus tentatur, ſibi ipſi potius relinquenda.

T. II. p. 1. Angina ſuppuratoria, gangraenoſa, ſcirrhoſa. In ſuppuratione interdum venaeſectio, abſceſſu licet iam formato, requiritur ob nimiam compreſſionem partium adiacentium, inflammationem et ſuffocationem minantem. Anginae conuulſiuae ſpecies: paralytica, ſpaſmodica, a luxatione vertebrae ceruicis et oſſis hyoidis, hypochondriaca ſeu hyſterica. Angina aquoſa et huc pertinens tumor glandularum ſalivalium; exempla tria anginae oedematoſae. Corollaria de prognoſi in angina, ex HIPPOCRATE. Anginae vt ſymptoma aliis morbis accedentes hic tantum nominantur: varioloſa, morbilloſa, rheumatica, ſcarla-

ſcarlatinoſa, venerea (quam vlceroſam ſaepe in infantibus a nutrice infectis obſeruauit STOLLIVS), aphthoſa.

Pleuritis humida, ab aliis angina pectoris dicta: eius ſedes, differentia a pleuritide ſicca, exitus, methodus medendi. p. 57.

Peripneumonia. Eius diuiſio; ſigna: in obſeruanda inſpiratione ſumma adhibenda attentio, an thorax aeque alte, atque eadem in binis lateribus celeritate ſurſum tollatur; quod ſi non fiat, vel reſpiratio ſolo abdomine peragatur, ſignum eſt abſconditae peripneumoniae. Cauſſae. Effectus. Prognoſis. Exitus in ſanitatem lyſi, criſi per ſputa, quae videntur conſiſtere ex materie inflammatoria, ſeu ex lympha coagulabili, ſed aliquantum immutata; per diarrhoeas, vrinam. Exitus in alios morbos: ſuppuratio eiusque varius exitus, quandoque epidemica, neque inflammationis magnitudini, neque peruerſae medendi methodo adſcribenda; metaſtaſis per abſceſſus; criſis erronea per effuſionem lymphae in pulmonum ſubſtantiam, thoracis cauum, veſiculas et ramificationes bronchiales: huius certa et indubitata ſigna adhuc deſiderari, ſaepe epidemicam a genio morbi, ſaepius autem a peruerſa medendi ratione oriri; exſudationem lymphae in cauum thoracis, in membranam concreſcentis, frequentius forte in morbo a ſubito perfrigerio aeſtuanti corpori admiſſo; hydrothoracem, vaſa encephali varicoſa, cor ſummopere dilatatum; gangraena, cuius tamen infidum ſignum putanda ſunt ſtigmata nigra in pulmonibus, vtpote non in toto pulmone conſpicua, aliisque etiam morbis familiaria. Signa ſpecialia funeſti exitus praenuncia. Cura, primo leuis peripneumoniae et catarrhorum inflammatoriorum, poſtea grauioris. Venaeſectionis, numquam ad animi deliquium extendendae, limites, ne eadem ſuppura- p. 69.

tio

tio iam incipiens turbetur. Curatio in ſtadio ſuppuratorio: ad accelerandum vomicae rupturam vomitorio, remedio maxime infido, non vtendum; rupta ea euacuatoque per ſputa pure, cauendum a vulnerariis, adſtringentibus, balſamicis, equitatione; opium caute dandum, praeſtantius emulſum ex ſemine papaueris albi cum ſyrupo diacodii; in conſummata phthiſi ſubinde opium miſerrimum leuamen. Methodus medendi in imminente metaſtaſi. Criſis erroneae effectus et gangraena incurabiles. Sputorum ſuppreſſio vnde eueniat, et quomodo tollenda ſit: venaeſectione, vaporibus calidis inſpiratis, potu emolliente, oxymelle, floribus benzoes ad grana quatuor cum camphorae granis duobus iunctis omni bihorio ſumtis, ad mentem Ill. HOFMANNI *). Peripneumoniae ſymptomaticae, potiſſimum ex HVXHAMO. Denique quaeſtiones variae: de morte ſpoplectica in peripneumoniae initio; de pulſus mollitie, magnitudinis inflammationis indice; de reſpiratione ſolo abdomine peracta; de ſpurio empyemate celerrime occidente; de ſputo lymphae phlogiſticae, pus mentientis; de phthiſi a ſuppurata inflammatione; de difficili diagnoſi in iis, qui ob aut naturalem aut vi morbi inductam inſcitiam atque inſenſilitatem de pectoris oppreſſione non conqueruntur; de difficili diagnoſi empyematis, percuſſione thoracis nonniſi in collatione cum morbi decurſu adhibenda; de frequentia concretionis pulmonum cum pleura.

p. 186. p. 193. *Pleuritis et peripneumonia latens chronica:* ſigna, cauſſae, cura. *Pleuritis ſicca;* eius differentia ab humida ſiue inflammatione bronchiorum; ſedes; diuiſio in veram et ſpuriam, idiopathicam et ſymptomaticam. Cauſſae praediſponentes et excitantes. Symptomata. Exitus in ſanitatem: reſolutione,

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 438.

ne, criſi per haemorrhagiam, vrinam, aluum, abſceſſum, metaſtaſin ad extremitates, ſputa. Cura pleuritidis leuioris et grauioris: cantharidum vſus nonniſi in ſecundo ſtadio morbi, ſecus ac in rheumatica, in qua inſignior earumdem vtilitas et fere ſpecifica, docente STOLLIO in rat. med. P. I. Exitus pleuritidis in alios morbos: ſuppuratio: ſigna formati abſceſſus, vomicae ruptae, empyematis; puris verſus exteriora deriuatio, empyematis ſanatio; pleurae coalitus cum pulmone: criſis erronea, lympha coagulabili aut ſubito aegrum ſuffocante, aut ſenſim per ſcreatum euacuata, aut in pſeudomembranam condenſata: gangraena. Exitus in mortem. Quaeſtiones variae: ſenibus et grauidis maius periculum; reſpiratio facilior thorace faſciis circumductis conſtricto, vt coſtae quaſi immobiles reddantur; pleuritidis diſtinctio in adſcendentem et deſcendentem, quae a ſaburra primarum viarum oritur cet. diagnoſis in infantibus difficilior, a ſola reſpiratione petenda; opii noxae; item expectorantium in ſtatu inflammatorio; probabile, morbum in ſiniſtro latere magis funeſtum eſſe, quam in dextro; feminis morbus rarior, item in vtroque ſexu ante pubertatem, at tunc periculoſior.

Diaphragmatitis. Inflammatio mediaſtini, pericardii, cordis. Hepatitis et icterus multiplex. Hepatitidis interdum ſimilitudo cum pleuroperipneumonia, error tamen in medendo nullius noxae, ſecus ac ſi cum febre bilioſa confunditur. Cauſſae generales et ſpeciales. Effectus. Signa. Exitus in ſanitatem: reſolutione, criſi per diarrhoeam bilioſam, vrinam, ſuperuenientem dolorem mitiorem lienis, haemorrhagiam narium, ſudores. Criſis erronea: effuſio lymphae coagulabilis in abdomen; ſuppuratio hepatis eiusque effectus, phthiſis hepatica, effuſio puris in abdomen, inteſtina, pectus, reſorptio, tumor externus;

p. 292.
p. 300.
p. 305.

nus; ſcirrhus. Exitus hepatitidis in mortem ab inflammatione nimia, ruptis vaſis, gangraena. Corollaria practica: de differentia inflammationum ratione virium vitalium; de ſanguinis in hepate collecti ad putredinem procliuitate; de eiuſdem euacuatione per vomitum et aluum; de ictero eiuſque cauſſis, inprimis calculis biliariis, cet. Hepatitis latens.

p. 424. *Gaſtritis:* ſigna; cauſſae; ſymptomata; cura; exitus in ſuppurationem, ſcirrhum.

p. 442. *Inflammatio lienis, pancreatis, omenti.* Corollaria practica.

p. 454. *Enteritis:* cauſſae; diuiſio in originariam et ſymptomaticam; ſymptomata; cura; ſuppuratio, gangraena, ſcirrhus. Corollaria practica.

p. 486. *Nephritis.* Signa. Cauſſae. Symptomata. Exitus in ſanitatem: reſolutiones per vrinam, haemorrhoides. Cura. Nephritis calculoſa: quaedam de curatione calculi. Suppuratio renum: differentia inter pus ex renibus et veſica; curatio abſceſſus per interna demulcentia, balſamica, vulneraria; difficultates in aperiendo et curando abſceſſu. Scirrhus renum. Rudimenta calculi. Gangraena renum. Corollaria practica: de variis ſpeciebus nephritidis, curationem tamen eamdem exigentibus; de vrina critica in aliis morbis inflammatoriis, renes male afficiente; de iſchuria renali et veſicali.

p. 530. *Cyſtitis:* quorſum refertur etiam ſcabies veſicae ſeu arroſio tunicae villoſae ab vrina acri praeſertim in ſenibus; abſceſſus, ſcirrhus et calloſitas veſicae.

p. 534. *Metritis:* ſigna et cauſſae; vteri ſuppuratio, gangraena, cancer, inflammatio chronica.

V.

CAELII APICII de opſoniis et condimentis ſiue arte coquinaria libri X. cum lectionibus variis atque indice edidit IOANNES MICHAEL BERN-

BERNHOLD, Com. Palat. Caeſar. Med. D. Sereniſſ. March. Brandenb. a conſil. aulae, phyſicus praefecturar. Vffenheimenſis et Creiglingenſis — 8. 230 pag. Locus et annus deſiderantur: ad textus finem tamen legitur: Marcobraitae, excud. Ioann. Val. Knenlein, MDCCLXXXVII.

CAEL. APICII de opſoniis et condimentis opus raro non ſolum in auctionibus librorum hactenus proſtabat, verum etiam, HVMMELBERGII editione fere excepta, quae textum ſatis emaculatum et commentariis vtiliſſimis explicatum exhibet, multis in locis tam corruptum atque librariorum atque editorum erroribus conſpurcatum erat, vt auctor, cuius mens per ſe iam difficulter intelligi poterat, horum ſtudio illaudabili vix vllo modo multis in locis intelligi poſſet. Quibus omnibus motus eſt BERNHOLDVS, Vir Cl^mus et in veterum medicorum ſtudio inprimis verſatus, vt antiquum de re coquinaria Romanorum auctorum vnicumque in hoc coquendi artificio ſuperſtitem ſtudioſe retractaret purgatumque ab erroribus atque politiorem in lucem emitteret.

Adiuuere etiam illum alii docti viri in his laboribus. In animum iam olim induxerat, APICIVM prelo ſubiicere denuo, in manus ſuas quum incidiſſet LISTERI rariſſima APICII editio, Londini 1705, et quidem 120 tantum exemplaribus impreſſa: ſedulo ſubſidia, quibus et emendari, et illuſtrari auctor poſſet, eruere coepit, ſed fruſtra, indeque ſpem edendi auctoris iam abiecit, quum opportune intelligeret, ANDREAM GOETZIVM, Scholae Sebaldinae Norimbergenſis collegam, eundem auctorem edendum ſibi propoſuiſſe. Rogatus a Noſtro GOETZIVS lucubrationes ſuas cum ipſo communicauit, prelo

iam

iam fere deſtinatas, indeque ſatis facilem edendi ſ
ctoris laborem ipſe habuit.

Textus autem HVMMELBERGII, vtpote corr
ctior, ſaltim tanta vitiorum mole non laborans, qua
alii textus, antiquiores etiam, a Noſtro iterum exc
ſus eſt. Eum ſequuntur, poſt capitum argume
data, variantes lectiones ex editione BLASII LAN
LOTI, Mediolani anno 1490 edita, collectae ab A
DREA GOETZIO. Quibus exhibitis varietas lectio
ſuccedit, ex antiquiſſimo Codice Mpto, qui in bibl
theca Vaticana ſeruatur, depromta, ex Almelouee
editione in hanc translata, ab A. GOETZIO par
excerpta et deſcripta. Variantes deinde lectio
et adnotationes leguntur ex HVMMELBERGII com
mentariis a GOETZIO deſumtae atque in epitom
redactae, ac deinque lectiones differentes editio
Liſterianae et Hummelbergianae.

Hactenus enarrata ad textum eiusque varieta
pertinent a GOETZIO profectas. Indicem ſatis c
pioſum, ſiue potius gloſſarium BERNHOLDVS adie
a pag. 157 vſque ad pag. 228. Hunc ſuum eſſe l
borem ipſe adſerit, nihil enim, praeter indicem, a
hac editione ſibi ſumere, expreſſis verbis in prae
tione ipſe dicit. Verum huius indicis pars admodu
exigua a Noſtro profecta eſt, longe maxima ex HV
MELBERGII, vel LISTERI commentariis depromt
eſt, nominibus etiam horum interpretum non omiſſ

VI.

*Syſtematiſches Handbuch der geſammten Chemie, zum
Gebrauche ſeiner Vorleſungen entworfen von* FRI
DRICH ALBRECHT CARL GREN, *der Arzneyg
und Weltweisheit Doctor, und ordentlichem öffen
lichen Lehrer zu Halle. IIten Theiles Iſter Band
Halle, im Verlage der Waiſenhaus-Buchhand
lung.* 1789. 8. *pag.* 476.

h. e.

h. e.

Compendium vniuerſae chemiae ſyſtematicum, in vſum praeiectionum ſuarum edidit F. A. C. GRENIVS, Phil. et Medic. Doct. Prof. P. Ord. Hallenſis. P. IIdae Vol. I. Halae 1789. 8.

Priore huius enchiridii chemici volumine *) Auct. Cl. poſt introductionem, quinque ſectionibus eorum, quae chemicae corporum in vniuerſum analyſi inſeruiunt, iniecit mentionem; de praecipuis quibusdam corporum elementis, partibusque corpora trium naturae regnorum conſtituentibus diſſeruit; corpora tum vegetabilia tum animalia calore modico ad principia proxima eruenda examinauit; de terris acidisque mineralibus, et quae per ipſa formantur ſalia neutra et media egit. Ex ordine igitur, quem ſibi propoſuit, in quo maxime ERXLEBENIVM ſecutus eſt, hocce volumine ſectione ſexta in principia remota corporum tum vegetabilium, tum animalium inquiſiuit, et ſeptima mutationem, quam vegetabilia et animalia ſua ſponte ſubeunt, enarrauit.

Principia corporum organicorum remotiora p. 3.
vtraque via et ſicca et humida eruuntur. Illa quidem via, in vniuerſum corpora variis caloris gradibus expoſita exſiccantur, torrentur, comburuntur; praecipue vero huic conſilio inſeruit

Deſtillatio ſicca. E vegetabilibus per deſtillatio- p. 7.
nem ſiccam aër ſpiritus acidus, empyreumaticus, oleumque empyreumaticum extricantur. — *Aër* qui- p. 9.
dem ſub ipſa operatione demum producitur, quippe qui ſuo volumine, corporis, e quo euolutus fuit, volumen longe ſuperat. Acidum aëreum magnam huius conſtituit partem, reliqua vero aëris inflamma-

*) vid. Comment. hor. Vol. XXXI. p. 281–311.

flammabilis naturam tenet. Hic ipſe aër inflamma-
bilis pro diuerſa corporum, e quibus productus fu-
natura inſigniter differt. Diſcrepat enim grauitat
vi ignem concipiendi, odore, atque virtute cum aë
puro fulminandi. In natura eiusdem finienda ple-
rique KIRWANI ſubſcribunt ſententiae, qui illum
phlogiſton, quod aëris formam induerit, habet. Q
quidem opinioni multa obſunt: phlogiſton in om
bus corporibus eandem ſemper ſeruat naturam, a
inflammabilis vero pro natura corporum admod
diuerſus eſt; acida, quae cum metallis aërem eu
vunt inflammabilem, tanta in phlogiſton trahunt
affinitate, vt ipſa in aëre inflammabili connubi
quoque initura eſſe, vero perquam conſentaneum fi
aër inflammabilis denique, quod ſummum eſt, ſe
per cum flamma comburit, ad cuius ortum perege
nae partes, quibus vapores et fumus formentur, n
ceſſaria requiruntur. In vniuerſum potius eiusde
indolem vix definiri poſſe Auctor cenſet, cum pr
diuerſa corporum admodum differat. In omnib
enim huius aëris ſpeciebus phlogiſton, aqua et pri
cipium ſalinum, in quo ipſo magna illa continetu
differentia, cum principio caloris copulata aëre
induerunt formam. Ille quidem, qui e corporib
organicis per ignem extricatur, oleum empyreum
ticum aëriforme refert, quemadmodum ortus, virt
tes eiusdemque analyſis probant, aër vero inflam
mabilis e vegetabilibus elicitus, phlogiſto, aqua, ac
do vegetabili formatur, quae partes per conuenien
tem caloris gradum coniunctae tenentur, ſub com
buſtione aëris inflammabilis aër purus cum phlo
giſto connubium init, atque in phlogiſticatum mu
tatur, qui eo maiorem phlogiſti copiam attrahe
p. 17. eoque leuior erit, quo purior fuerat. — *Spiritus acidus empyreumaticus* ligni reliquorumque vegeta-
bilium a partibus empyreumaticis oleoſis rectifica-
tus,

tus, non acidum ſui generis, vt lignorum, ſed verum
acetoſum, cum tartaro mixtum, conſtituit. Vegeta- p. 19.
bilia vero, quibus maior principii animali-vegetabi-
lis pars inhaeret, praeter oleum empyreumaticum,
ſpiritum alcalinum volatilem, quin ipſum alcali vo-
latile ſiccum offerunt. Neque tamen pars illa acris
atque irritans plantarum cruciformium alcali volati-
le, vt multi putarunt, habendum erit. Ex omnibus
enim forte plantis alcali volatile ſub deſtillatione
ſicca prodiret, niſi per acidum inuolueretur. —
Auct. *olea empyreumatica* ex oleis corporum eſſentia- p. 22.
libus et principio phlogiſtico ignis ope demum pro-
duci exiſtimat.

De modo *picem liquidam*, oleum pini, picem al- p. 23.
bam, nigramque conficiendi.

Carbo poſt deſtillationem ſiccam ſuperſtes ex p. 27.
intima principii fixi tum terreſtris, tum ſalini cum
phlogiſto coniunctione formatur. Partes volatilio-
res enim cum alia phlogiſti parte per ignem auola-
runt. Hoc ipſum phlogiſton reliquas partes ita
cogit, vt, niſi hoc antea abactum fuerit, illae elici
non poſſint. Aër fixus partem carbonum neceſſa-
riam efficit, ideoque iisdem non producitur, ſed edu-
citur. — Cuinam parti carbones conſtituenti vis p. 30.
illa, qua varias ſolutiones phlogiſticatas phlogiſto
orbare ſolent, tribuenda ſit, nondum liquet, forte ex
Auct. ſententia eadem acido phoſphori competeret.
Quam carbones lignei, modo exſtincti, aëris efficiunt
imminutionem, ex eiusdem per phlogiſton phlogi-
ſticatione, quod laxe carbonibus adhaereſcit, repe-
tenda. — In carbonum confectione partes, quae fu-
mum, fuliginem, flammamque formant, abiguntur,
phlogiſton vero, quod ſine aëris liberi acceſſu non
euolui poteſt, retinetur.

De plantarum incineratione, cinere, alcali vegeta- p. 34.
bili et ſoda. Alcali vegetabilis depuratio optima,

quamuis paullo ſumtuoſiore via, ita inſtituitur, alcali vulgari ratione depuratum, mediante aëreo in cryſtallorum formam redigatur, hae ſtalli denuo in aqua pura deſtillata ſolutae, iterum
p. 42. cryſtallorum formam cogantur. — *Salia Tachen* non indolem habent ſaponaceam, color fuſcus phl giſto, non partibus oleoſis tribuendus, ideoque
p. 45. lia mere impura ſunt. — *Alcali minerale* non pars proxime conſtitutiua, ſed vt ſal medium vin latum, in plantis latet. Quae ipſae plantae non tura ſua, ſed propter locum, mare aut ſalinas, e
p. 47. rum regione naſcuntur, ſodam offerunt. — Al fixa nulla efficiunt corporum elementa, quam nulli huc vſque ipſa in partes conſtituentes reſol re, aut ex acido vegetabili, oleo et terra alcalia ficere contigerit.

p. 48. *Terra*, poſt alcalium elixiuationem ſuper pro natura plantarum admodum diuerſa eſt, id que auctores in natura eiusdem aſſignanda diſcrepant.

p. 49. Deſtillatione ſicca e corporibus *animalium* rec tibus caloris gradu aquam feruentem non ſuper aquam eſſentialem, nauſeoſam, facile putredi contrahentem, calore vero auctо acidum aëre aërem inflammabilem, ſpiritum alcalinum volati alcali volatile ſiccum, oleum empyreumaticum tricamus. Quaedam inſecta acria, vt et adeps, bu rum, ſerum lactis nullum ſpiritum vrinoſum, ſed rum acidum, alia inſecta ſpiritum ammoniacalem acido et ſpiritu vrinoſo conflatum praebent.

p. 54. Oleum quidem empyreumaticum animale aeque vegetabile, ignis vi, producitur, ſimiliterque phlogi aqua, acido, aëreo conſtituitur, ſolo acido phoſ reo ab oleis huius generis vegetabilibus differt.

p. 55. DIPPELII oleum ex omnibus oleis corporum anim lium empyreumaticis rectificatione obtinetur, qu

optim

optime cucurbita cum alembico inſtituenda eſt. Superfuſa aqua in vitris minoribus inuerſis caute ſeruetur. Auct. hocce oleum ſub ipſa deſtillatione phlogiſto, aqua, acido animali ſiue phoſphoreo produci ſtatuit. Diuerſus eiusdem color atque conſiſtentia ab acido per gradus concentrato deducenda, quippe quod ad extremum minus aquoſum, longe vehementius in phlogiſton agit. Alcali volatile mechanice modo ipſi adhaeret; acidum vero aëreum partem conſtituit neceſſariam. Colorum in aëre mutationes, quas oleum Dippelianum ſubit, Auct. Cl. cum SCHEELIO per dephlogiſticationem explicat, quippe qua partium conſtitutiuarum ratio ita mutatur, vt acidum eſſentiale iam liberum in reliquas partes more acidi liberi agere poſſit. p. 58.

Carbo animalis et *terrae oſſium* natura atque parandi ratio enarratur. Terra oſſium ex recentiorum aſſertis ſal medium vix ſolubile efficit, quod terra calcarea et acido ſui generis, phoſphoreo conſtituitur. Cinis oſſium plane cum terra animali conuenit, nulla alcali veſtigia offert. p. 58.

Varii acidum oſſium ſ. *phoſphoreum* parandi modi, virtutes, eiusdem rationes ad alia corpora. Non animalis regni peculiare acidum, ſed partem corporum vegetabilium vt et mineralium conſtitutiuam efficit. p. 60.

Salia neutra et media, quae acido phoſphoreo formantur, eorumque ad acida mineralia rationes. Terra calcarea maiori in acidum phoſphori, quam alcalia, trahitur affinitate, quamuis ipſa alcalia aërata ſelenitem phoſphoratum decomponant. — Selenites phoſphoratus per alcali volatile aëratum, decomponitur, terra calcarea praeceps datur, et commode ſal vrinae acidumque phoſphoreum hac via inſigni copia poſſet parari, niſi alcali acidum ſtatim aggrederetur liberum, atque ſelenites phoſphoratus, qui non ſoluitur, fundum peteret. — Affinitas terrae p. 65. p. 69. p. 70. p. 73.

ponderoſae ad acidum noſtrum vlterioribus demo-
p. 81. ſtranda eſt tentaminibus. — Per copulationem aci-
p. 92. phoſphorei cum phlogiſto, *phoſphorus* efficitur. —
Cauſſam, cur acidum phoſphoreum per deliquium
quod combuſtione phoſphori producitur, pondus
phoſphori hoc conſilio impenſi ſuperet, Auct. Exp.
ex ſua theoria per ſpecificum phlogiſti, quod hoc
p. 95. labore abiit, leuitatem explicat. — Acidorum mine-
ralium in phoſphorum efficacia ex diuerſa eorun-
dem ad phlogiſton affinitate deducenda eſt, vt id
acidum ſalinum vulgare prorſus non in phoſpho-
p. 97. rum agat. — Natura *aëris phoſphorei*, eiusque viri-
tes. Quoad indolem nec phoſphori in aëre inflam-
mabili ſolutio cum GINGEMBRIO, nec phoſphorus
aëriformis cum KIRWANO habendus eſſe videtur,
ſed phoſphorus potius cum phlogiſto et materia ca-
loris copulatus, vel accuratius acidum phoſphoreum
phlogiſto ſaturatum, atque conuenienti caloris ſpe-
cifici quantitate in aëris formam mutatum.

p. 102. In vniuerſum igitur corpora organica ſecundum
ea, quae huc vſque fuerunt propoſita partibus ſe-
quentibus remotius conſtituerentur; plantae qui-
dem: phlogiſto, aqua acido vegetabili, aëreo, phoſ-
phoreo, alcali vegetabili, minerali, volatili, terra
quinque ſimplicibus, acido ſalino, vitriolico, calce
ferrea; animalia vero: phlogiſto, aqua, acido aëreo,
vegetabili, phoſphoreo, terra calcarea, alcali volatili.

p. 103. Analyſis corporum in partes neceſſarias *proprie-
res*, igne et menſtruis conuenientibus abſoluitur.
Primum de *vegetabilibus*.

Tartarus partibus conſtituitur diſſimilaribus:
phlogiſto, aqua, acido aëreo, vegetabili, alcali volatili
et vegetabili. Hoc quidem in tartaro praeexiſtere,
p. 105. multis iisque firmiſſimis probatur momentis. — Sa-
lia neutra, quae tartarus efficit.

Acidum

Acidum tartareum efficit acidum vegetabile ma- p. 111.
gna phlogiſti copia et principio acidi aërei copula-
tum. — Salia neutra et media tartariſata. Selenites p. 116.
tartareus difficilius in aqua ſoluitur, vt ideo cremo- p. 119.
rem tartari vel acidum tartareum cum terris abſor-
bentibus pro vſu interno in formulis medicaminum
coniungere incongruum ſit. Magneſia quidem tar-
tariſata, ſi acidum abundauerit, potius ferri poterit,
quippe quae tunc facilius ſoluitur. — Calx viua
commodius ad acidum tartareum e tartaro eruen-
dum adhiberi poſſet, quam terra calcarea cruda, quae
tartarum non plane decomponit. — Ratio acidorum
mineralium et phoſphori ad ſalia neutra et media p. 123.
tartariſata.

Analyſis *ſacchari*. Acidum ſaccharinum phlogi- p. 134.
ſto, acido aëreo et acido elementari vegetabili con-
ſtituitur; oleum enim empyreumaticum deſtillatione
demum fuit productum. — Acidum ſaccharinum p. 140.
SCHRICKELII non verum refert acidum ſacchari,
ſed miſcelam acidi acetoſi, tartarei et ſaccharini. — p. 141.
Salia neutra et media, acidorumque antea iam deſcri-
ptorum ad haec rationes.

Cum ſaccharo multa alia regni vegetabilis cor- p. 153.
pora in eo conueniunt, quod et per deſtillationem
ſiccam et cum acido nitroſo rite tractata acidum
offerant ſaccharinum. Sunt ex hoc genere *mel*, *man-*
na, *muſtum inſpiſſatum*. *Sal acetoſellae*, quod BERG- p. 153.
MANVS ſui generis acidum habuerat; recentiora
iaprimis SCHEELII et WESTRVMBII ſtudia, ſaccha-
rini generis eſſe, atque alcali vegetabile acido ſac-
charino abundans referre probarunt. Salia igitur
et neutra et media eiusdem ſunt cum ſaccharino na-
turae. Ad terram quoque calcaream explorandam
eodem iure, quo acidum ſaccharinum impendi
poteſt.

p. 157. Succus citri recens, praeter acidum ſui gener
acidum nempe citri cryſtalliſabile, acidum acetoſu
partes mucilaginoſas, et aliquam alcali vegetabi
partem continet. *Acidum* quidem *citri*, pro phlo
ſti, quod inuoluit, quantitate, medium inter acid
p. 159. tartareum et ſaccharinum locum obtinet. — *Acid*
malorum, quod omnibus malorum generibus inh
ret, iisdem quibus reliqua acida, gaudet partibus co
ſtitutiuis; quantitate vero phlogiſti inter ſaccharin
p. 160. atque citrinum ſibi vindicat locum. — Omnis re
qua vegetabilium acida ad haec quatuor ſacchari
lorum, citri, tartari acida reduci poſſunt, quor
longum catalogum hic conſignatum legimus.

p. 162. *Gummata*, aliasque corporum vegetabilium
cilagines conſtituunt phlogiſton, acidum aëreum,
toſum, aliqua terrae calcareae pars, acidum phoſph
ri et alcali vegetabile. *Extracta* vero *plantar*
praeter hasce partes, modo plus, modo minus
ſale plantae eſſentiali, aut aliis ſalibus mediis, pra
cipue ſale digeſtiuo, tartaro vitriolato admixtu
habent.

p. 165. *Farina* duplici conſtituitur materia, altera col
glutine, maſſa illa animali-vegetabili, altera amyl
illa phlogiſto, acido aëreo, alcali volatili, acido veg
tabili, phoſphoreo et terra calcarea; haec vero phl
giſto, acido aëreo, vegetabili, et quadam alcali ve
getabilis parte formatur.

p. 168. *Reſinae* magna phlogiſti copia, acido aëreo
vegetabili componuntur. Ad geneſin reſinarum e
plicandam nullo indigemus oleo, quod per acidum
fuerit inſpiſſatum. Pro diuerſa enim phlogiſti a
acidum vegetabile ratione, diuerſa quoque prod
corpora, vt reſina, mucilago, ſaccharum atque al
p. 170. — Vlteriori praecipue *reſina Benzoës*, propter ſ
eſſentiale, quod ipſa continetur, digna eſt examin
Simile ſal alii e balſamis Peruuiano, Tolutano,

race elicuerunt. Quaeſtionem, num acidum vegetabilium elementare baſin huius quoque ſalis eſſentialiter efficiat, nondum dirimere licet, cum ſal benzoinum ſummum vſque gradum a nemine huc vſque phlogiſto fuerit orbatum. Parandi rationes, ſalia neutra atque media, acidorumque antea enarratorum ad idem rationes.

Ipſam *Reſinae elaſticae* analyſin, cum magis de menſtruorum in idem actione ſolliciti eſſent, chemici huc vſque neglexerunt. BERNIARDVS quidem reſinam noſtram naturam olei vnguinoſi inſpiſſati tenere aſſeruit. Cui vero Auct. noſter non aſſentitur, ſed vlteriori examine phlogiſton, acidum aëreum, alcali volatile et acidum phoſphoreum exinde erui poſſe ſibi perſuadet, ideoque glutini farinoſo maxime analogam eſſe ſuſpicatur. p. 178.

Oleorum vnguinoſorum et *cerae* examen chemicum. Fuliginem, quem haec olea ſub combuſtionem emittunt, non a particulis phlogiſticis et terreſtribus deducit, ſed exinde quod partes olei aqueſae et acidae, quae ſub eiusdem incaleſcentiam auolant, a particulis phlogiſticis, quae ipſis inhaerent, cum aëri liberiori ad interiorem flammam acceſſus non pateat, liberari nequeunt. Conſtituuntur phlogiſto, aqua, acido aëreo et vegetabili. — Subſtantiam dulcem, quam SCHEELIVS ex huius generis oleis elicuit, productum potius, quam eductum habendum erit. Ea enim per oleorum decompoſitionem phlogiſti ad acidum vegetabile et aëreum redditur ratio, qualis in ſaccharo obtinet, quia vlteriori dephlogiſticatione acidum prodit ſaccharinum. — Eaedem quoque partes efficiunt *ceram*, quippe quae phlogiſto, acido aëreo et vegetabili componitur. — Ab oleis vnguinoſis *aetherea* ſolummodo maiori phlogiſti abundantia differunt, e qua omnis illa deriuanda eſt diuerſitas; partibus enim iisdem conſtituuntur. p. 180. p. 187. p. 189. p. 192.

p. 193. Quae huc vſque examini ſubiecimus vegetabilium corpora, easdem ex Auct. ſententia fouent partes conſtituentes, vt e varia ſolummodo earundem ratione omnia illa, quibus dignoſci poſſunt, diſcrimina deriuanda ſint. Omnibus inhaeret phlogiſton, acidum tum aëreum, tum vegetabile purum (aqua) quantitate vero phlogiſti, qua differunt, ſequens ex Auct. ſententia proponi ordo poſſet: maxima gaudet aër vegetabilium inflammabilis, minori (ſpiritus vini,) oleum aethereum, empyreumaticum, vnguinoſum, reſina, amylum, mucilago, ſaccharum, acidum tartareum, citrinum, malorum, ſaccharinum, minima denique acetum.

p. 195. Natura *camphorae*, corporis illius vegetabilis ſui generis, nondum accurate definita. Multo abundat phlogiſto; oleum ipſius oleis aethereis admodum ſimile, acidum vero camphorae, quod KOSEGARTENIVS elicuit, Auct. noſter propter analogiam acetoſum ſuſpicatur.

p. 200. Analyſis *principii adſtringentis*, quod corporibus vegetabilium inhaeret, nondum ad illud deducta eſt faſtigium, vt cum quadam certitudine exinde aliquid deducere poſſimus. Exempli loco *gallae* hic examinantur. Acidum quidem, quod hisce ineſt, non ſui generis eſſe videtur, ſed elementare, forte vegetabile, quod iuſte tractatum ſaccharinum offert, adeoque maiori phlogiſti copia abundat. Naturam eiusdem ex affectionibus eruere conatus eſt, quaeſtionemque mouet, num forte ferrum partem principii adſtringentis neceſſariam efficiat.

p. 205. — Partium *animalium* iam ſibi ſumſit analyſin. *Gelatina* aeque ac *gluten animale* in eo cum mucilagine vegetabili conueniunt, quod vtrique acidum inſit vegetabile, maiori vero alcali volatilis copia gelatina abundat; quod ipſum alcali ita acidum vegetabile inuoluit, ne ſub deſtillatione ſicca prodire poſſit. Gela-

Gelatinam igitur per intimum gummatis cum principio lymphatico connubium oriri aſſerit; ipſumque gummi efficit, vt principium lymphaticum aqua ſolubile reddatur. Neceſſariae igitur gelatinae partes: phlogiſton, acidum aëreum, alcali volatile, acidum vegetabile, phoſphoreum, terra calcarea et quaedam alcali vegetabilis portio. Sal commune atque digeſtiuum per accidens modo admiſta ſunt.

Magna inter *adipem animalium* et olea vegetabi- p. 287.
lium vnguinoſa intercedit ſimilitudo. Auct. Cl. cum *acidum ſetaceum* repetitis vicibus nitroſo acido modice forti infunderet, atque digereret, hoc ipſum in ſaccharinum atque acetoſum decompoſuit, ideoque ſibi non poteſt temperare, quominus ſententiae p. 212.
LEONHARDI ſubſcribat, qui acidum hocce e cenſu acidorum animalium ſeparauit. Multae enim, quae huic acido tribuuntur virtutes, a vitriolico potius, quocum plerumque inquinatum eſt, deducendae eſſe videntur. Conſtituitur igitur ſebum phlogiſto, acido et aëreo et vegetabili. Exinde egregie quoque eiusdem cum terris plantarum ſimilitudo, et ratio, qua in corpore animali ſecernatur, patet.

Partes *lac* conſtituentes, aqua, ſal eſſentiale, pars oleoſa et caſeoſa, praecipue vero ſal eiusdem eſſentiale, ſiue ſaccharum lactis et pars eiusdem caſeoſa, vlterius examinantur. *Saccharum lactis* phlogiſto, p. 217.
acido aëreo et vegetabili, aqua et pauca terra calcarea conſtituitur. Acidum ſacchari lactis Auct. Cl. p. 216.
pro acido vegetabili ſui generis habet, quippe cui definita phlogiſti quantitas impertita eſt. Suſpicatur vero acidum phoſphori partem ipſius quoque efficere, indeque phaenomenon, quod carbo, quem offert, difficilius in cinerem comburi poſſit, deriuandum eſſe. — Pars lactis oleoſa, ſiue *butyrum* cum animalium adipe qua naturam plane conuenit. — *Caſeoſa* vero ſimillima eſt materiae illi regni vegeta- p. 218.
bilis

bilis animali-vegetabili. Efficitur enim: phlogi
acido aëreo, alcali volatili, acido phoſphoreo et t
calcarea.

p. 219. Analyſis *ſanguinis*, partiumque quibus propr
p. 222. conſtituitur. *Serum* ſanguinis partibus propioribu
aqua, parte coagulabili ſiue caſeo, materia gelatino
ſiue extractiua, et alcali mineralis particula; remo
tioribus aqua, phlogiſto, acido aëreo, alcali volati
acido phoſphori, vegetabili, terra calcarea, alcali m
nerali conſtituitur. Hae ipſae partes remotiore
fluidum quoque lymphaticum aeque ac albumi
ouorum conſtituunt, in hoc modo alcali minera
liberum deſideratur. Ipſa ſeri pars coagulabilis a c
ſeoſa lactis parte in eo ſolummodo differt, quod aq
frigida dilui, ipſoque ſolui poſſit. Haec vero ab a
cali minerali et materia extractiua atque gelatinoſ
repetenda eſt virtus, quae hic vim appropriandi e
ferunt; ipſisque ſeparatis pars ſeri ſanguinis coagu
labilis non amplius aqua ſolui poteſt. Magna exi
de partis coagulabilis ſeri, cum caſeoſa lactis pars
patet ſimilitudo. A principio hoc gelatinoſo ac
dum quoque illud vegetabile, quod per tractationem
ſeri cum acido nitroſo obtinemus, deducendum eſ
— *Cruor* ſanguinis parte et rubra et fibroſa conſti
tuitur. Vterque maximam partem cum ſeroſa con
ſpirat, hoc ſolummodo diſcrimine, quod rubrae a
cali minerale et ſal commune aequalibus partibus
et quaedam ferri portio, a magnete adtrahenda in
haereat. Fibroſa vero nihil alcali mineralis, plu
vero terrae calcareae et ſelenitis phoſphorati alit
Magna igitur cum veri ſpecie partis huius fibroſa
in corpore animali geneſis a parte lactis caſeoſa re
p. 225. petenda eſſe videtur. — In capite *de lixiuio ſangui
nis* et *caeruleo Berolinenſi* Auct. Cl. varias illas vi
quas multi ad hocce praeparatum chemicum conſ
ciendum ingreſſi ſunt, enarrauit; explicationes eius
dem

dem a multis prolatas examini ſubiecit, praecipue de acido caerulei Berolinenſis Scheeliano fuſius egit. WESTRVMBIVS vero naturam materiae tingentis p. 250.
optime ſuis tentaminibus comprobauit. SAGII enim opinionem, lixiuium ſanguinis ſal animale, ex alcali et acido ſui generis, quod phoſphoreo et phlogiſto componitur, conſtituere, dilucidius expoſuit. Conficitur hocce acidum phlogiſto, acido aëreo, alcali volatili et acido phoſphoreo. Quod ipſum inuentum nobis egregium ſuppeditat ſubſidium, acidum phoſphori in corporibus detegendi, cum, quaecunque corpora alcalibus puris tractata lixiuium ſanguinis offerunt, acidum quoque phoſphori continere argumentari liceat. Ingens vero hac ratione corporum ſeſe offert numerus, in quibus hac via acidum eruitur phoſphoreum.

Remotiores partes *bilem* conſtituentes ex propio- p. 255.
ribus facile explicari poſſunt, cum ſingulae iam eruitae fuerint. Propiores ſunt aqua, lympha coagulabilis, principium reſinoſum, paullulum alcali mineralis et materia gelatinoſa. — *Calculos biliarios* Auct. Cl. nuperius ipſe examinauit, eosdemque non reſina quadam atque ſale, vt vulgo putarunt, ſed ſebo inſpiſſato ſiue materia cerae ſimili et lympha coagulata propius, remotius vero phlogiſto, acido aëreo, vegetabili, paullulum alcali volatilis, acido phoſphoreo et terra calcarea conſtitui.

Partes *vrinam* conſtituentes pro varia, quam ho- p. 260.
mines ſeruant, vitae ratione, alimentorum indole, die, quo excernitur, tempore, et natura ſua et ratione inter ſe admodum differunt. Duae praecipue partes in vrina diſtinguendae ſunt, aquoſa et ſedimentum. Aquoſus ille humor propioribus partibus aqua, ſale culinari, digeſtiuo, ſale vrinae fuſibili, ſale perlato atque parte gelatinoſa ſiue extractiua, remotioribus vero aqua, alcali volatili, vegetabili et

mine-

minerali, terra calcarea, acidis aëreo, phoſphoreo ſalino, vegetabili et phlogiſto componitur. Sedimenti vero partes remotiores ſunt alcali volatile, terra calcarea, acida aëreum, vegetabile, phoſphoreum, phlogiſton. — *Calculorum vinariorum* materiam ſedimentum illud vrinae praebet, quod ipſorum quoque analyſis egregie probat. Maior igitur huius ſedimenti in vrina ad partes aquoſas ratio minor cum iisdem cohaeſio, et diuturnior lotii in loco ſecretionis mora geneſi horum calculorum maxime fauent.

p. 282. *Solidae animalium partes* partibus gelatinoſis, e lympha coagulabili ſiue parte ſanguinis fibroſa, modo plus, modo minus inſpiſſata formantur.

p. 283. *Acidum formicarum*, quod ex BERGMANI teſtimonio cum aceto fere conuenit, Auct. noſter a acida refert vegetabilia, atque acetoſum pluribus particulis phlogiſticis inquinatum appellat. Diſcrimen enim a BERGMANO allatum ab acido tartaro ipſis admixto repetitum eſt.

p. 285. Sectione ſeptima mutationes, quas corpora vegetabilium et animalium ſua ſponte ſubeunt, ſunt *varii fermentationis modi* exponuntur.

p. 286. In fermentationem *vinoſam* corpora regni vegetabilis mucilaginoſo-ſaccharacea, ſi leges fermentationis ſequantur, prona ſunt. Duplex huius fermentationis ſtadium; aliud ſenſibilius, vbi phaenomena fortiora ſunt, aliud debilius, quo ſucceſſu temporis vina redduntur generoſiora, cum partes mucilaginoſo-ſaccharaceae adhuc ſuperſtites fermentatione decomponuntur. — Faeces, quae hac fermentatione a vino emittuntur, e materia animali vegetabili mucilaginoſa, tartaro et terreis particulis efficiuntur. — Per fermentationem vinoſam alia quoque vegetabilia, poma, radices, baccae, quibus principium illud ſaccharino-mucilaginoſum inhaeret,

p. 295.

ret, potus vinoſos vt vinum palmeum, pomaceum, medum aliaque offerunt. — *Fermenta* praecipue vim ſuam in fermentatione per acidi aërei euolutionem exſerunt, vt ideo ſolum hocce acidum egregium efficiat fermentum. — Simili quoque ratione ſemina frumentorum farinacea in fermentationem prona ſunt, arte vero prius tractari, atque in maltum mutari debent, vt copia collae imminuta, pars ſaccharacea vim exſerere poſſit maiorem. Colla enim farinae tranſit in germen et amyloſa pars ex parte in ſaccharum mutatur: ſi vero haec vegetatio artificialis diutius fuerit protracta, pars amyloſa quoque perit. — *Cereuiſia* bona, quae omnem fermentationem abſoluit, potus eſt vere vinoſus, qui ſola partium mucilaginoſarum quantitate differt, quippe quae ipſi, vtpote ſeminum in maltum mutatorum decocto competunt. Propter has vero ipſas partes melius nutritioni inſeruire poteſt.

Vinum in balneo vaporis inſpiſſatum, aquam, tartarum, materiam gummoſo-reſinoſam, et paullulum acidi acetoſi liberi praebet. De vinis dulcibus praeter has partes materia adhuc illa ſaccharacea, quae fermentatione nondum mutata fuit, reſtat. Nondum vero, num de reliquis quoque potibus vinoſis tartarus reſtet, ſatis liquet. Cereuiſia eodem modo tractata, inſignem quantitatem materiae gummoſo-extractiuae acidulatae, neque vero tartareae quicquam offert.

De *ſpiritus vini* et vini aduſti deſtillatione, rectificatione, varia eiusdem in diuerſis viuis ſecundum HEVMANNVM ratione, cuius tabula hic inſerta eſt. Variae ſunt ſpiritus vini formae, quae pro diuerſitate corporum, quorum ope paratur, vt e faecibus vini, vino gallico, frumento, oryza, ſueco calami ſaccharacei, melle, lacte, iunipero, aliisque, admodum inter ſe tum debilitate, tum aliis affectionibus, vt odore

p. 299.

p. 300.

p. 303.

p. 305.

p. 307.

p. 314.

odore et ſapore proprio differunt. Puriſſimum co-
ſtituit ſpiritus vini rectificatiſſimus, cuius virtutes
p. 319. rationes ad alia corpora, ſalia media et neutra, ſa-
charum, terras, alcalia exponuntur. De modo ſpi-
ritum vini per alcalia aqua orbandi. Forte ſal mi-
rabile Glauberianum vel ſal amarum, vtpote ſal
vitriolata, quae ſpiritu vini non ſoluuntur, in hunc
finem loco alcali commode adhiberi poſſent. Inter
modos, bonitatem ſpiritus vini explorandi, Bergma-
niana reliquis adhuc praeſtat, qua ex aquae poſt ſpi-
ritus in vaſe cylindrico metallico, quod aquae fri-
dae fluenti immergitur, combuſtionem reſtante
p. 320. quantitate eiusdem bonitatem finimus. — Alca-
cauſticum ſoluitur ſpiritu vini, quae ſolutio *tinctura*
tartari appellatur. Expetit alcali per calcem vini
exacte acido aëreo orbatum ad hanc tincturam re-
pendere. Succeſſu temporis in vitri fundo, quo ho-
fluidum ſeruamus, cryſtalli formantur, quae alca-
p. 324. aëratum referunt. — Pleraeque reſinae et balſa-
naturalia, vt et omnino partes reſinoſae vegetabi-
lium a ſpiritu vini ſoluuntur. Hoc ipſo nititur ve-
nicum, tincturarum, eſſentiarum extractorumque
ſpirituoſorum confectio. Eadem virtute, minori
vero gradu, vinum propter partes ſpirituoſas in
admixtas, pollet. Hinc praeparata illa vinoſa, e-
xiria, extracta, cereuiſiae et vina medicata, clare
p. 329. — Olea aetherea modo magis, modo minus ſpiritu
vini excipiuntur, vnde aquae illae vinoſae, ſpirituoſae,
ſpiritusque abſtractitii prodeunt. Digeſtio, quam
ante deſtillationem inſtituere quidam ſolent, non
ſo um nihil prodeſt, quin officit potius. Aeque ſpi-
tuoſa illa quoque quorumdam ratio, qua ſuper cor-
pora, e quibus olea aetherea extrahere ſtudent, ſpiri-
p. 332. tum vini deſtillare, atque exinde per aquam olea
praecipitare ſolent; minus enim lucrantur olei, ſpi-
ritumque vini perdunt. — Spiritus ſalis ammoniaci
oleoſi

oleoſi et vinoſi. — Ratio ſpiritus vini ad alia corpo-
ra, olea vnguinoſa, ſeba animalium, olea empyreuma-
tica, animalia, ſapones, principium vegetabilium ad-
ſtringens, camphoram, farinam eiusque partes col-
lam et amylum, gelatinam, lac eiusque partes, ſan-
guinem, albumen ouorum, ſulphur, caeruleum be-
rolinenſe, phoſphorum. — Cum acidis conſtituit p. 336.
varia genera *aetherum*, quorum virtutes et parandi ra-
tiones hic vberius enarrantur. Expedit magis ad aethe- p. 338.
rem ſeparandum alcali vel aquam calcis, quam aquam
ſimplicem impendere, quippe qua multum aetheris
liberit. — Ad naphtham nitri, acidumque eiusdem
dulcificatum conficiendum multas commendarunt
formulas. Auct. Cl. Weſtrumbiana optima eſſe vi- p. 351.
detur, quae minoribus ſumtibus, minorique periculo
coniuncta eſt. Ex ipſius quidem conſilio huius ge-
neris naphtha ita quoque parari poſſet, ſi aërem ni-
troſum in vaſe conuenienti ope ſpiritus vini inclu-
ſum per aërem atmoſphaericum vel purum pedeten-
tim admiſſum, decompoſueris, hunc que laborem
aëre nitroſo recenti et aëre puriſſimo repetieris.
— Tum propter nimiam negligentiam, qua in pa- p. 353.
rando acido nitri dulcificato vulgo verſari ſolent,
ſum quod acidi nitroſi per ſpiritum vini modificati
vires non ſatis dirigi poſſunt, acidum enim nitri
phlogiſticatum corrodendi vi inſtructum eſt, hoc
medicamentum ex officinis proſcribere ſuadet.
Variae de *natura ſpiritus vini* ſententiae. Pleri- p. 371.
que cum STAHLIO ipſum oleum ſubtile mediante
acido quodam cum aqua iunctum, alii cum IVNKE-
RO phlogiſton purum ope acidi cuiusdam cum aqua
copulatum, et CARTHEVSERVS meram aquam et
phlogiſton ſtatuunt. Per analyſin vero ſequentes
reperiuntur partes conſtituentes: phlogiſton, acidum
acetoſum, aëreum et magna aquae quantitas. Aci-
dum quod ſpiritu vini continetur, nec acidi acetoſi,

nec ſaccharini, nec tartarei tenet naturam, ſed ſing-
lari ratione cum phlogiſto copulatum, poſt dephlo-
giſticationem vero praebet acetoſum, ſiue vegetabi-
elementare. Acidum aëreum non propiorem, ſ-
remotiorem partem, nempe acidi acetoſi, conſtitu-
vam efficit. Forte acetoſum acidum vlteriori tra-
ctatione in aëreum reſoluitur. Verum oleum e ſp-
ritu vini puriſſimo prorſus non obtinemus, quo-
enim multi oleum ſubtile aſſumſerunt, verum e-
phlogiſton.

p. 376. *Geneſis naphtharum* e partibus tum ſpiritum vi-
tum has ipſas naphthas conſtituentibus finienda e-
Conſtituuntur vero naphthae phlogiſto, aqua, ac-
aëreo, vegetabili elementari, et illo, quod ad ip-

p. 378. formandas impendimus. Hinc naphtha oleum v-
thereum artificiale habendum eſt, quod ſub con-
ctione demum producitur. Differunt et inter
acido illo, e quo fuerunt paratae, quippe quod iis
peditur; et ab alcohole tum minori aquae copia,
haeret, tum intimo huius ipſius acidi, e quo paran-
cum phlogiſto connubio. Oleum vini et oleum
perfectiora ſunt, quam ipſe aether, atque per arc-
maioris acidi copiae connubium formantur.

p. 380. Corpora vinoſa ſua ſponte fauentibus cauſſis fe-
mentationem ſubeunt *acetoſam*. Feces, quae hac fe-
mentatione ſeparantur, non tartarum conſtitu-
ſed naturam materiae animalis vegetabilis cor-
rum vegetabilium cum teneant, ex eadem ort-

p. 383. quoque ducere videntur. Omnia corpora, qui-
principium ſaccharinum inhaeret, poſtquam vino-
abſoluerunt, in hanc fermentationem prona ſu-
ipſamque fauentibus iis, quae accidunt, vere ſube-

p. 385. — De confectione aceti, variisque corporibus, e q-
bus ars acetum producere docuit.

p. 390. Indoles *aceti*. Inquinatur interdum acido vitr-
lico, quod melius per terram ponderoſam nitra-
qu-

quam per terram calcaream nitratam aut acetatam exploratur. Inquinamenta valetudini noxia, per plantas acres, fructus capſici, ſemina coccignidii non quidem reagentibus, ſed ſolo ſapore cognoſcere licet.

—Deſtillatio aceti. Ex ſapa aceti quod e vino fuerat paratum, Auct. Cl. acidum tartari liberum, tartarum, aliquid materiae mucilaginoſae et animali vegetabilis extricauit. Ad acetum concentrandum multi varios modos commendarunt, praeſtat reliquis Stahliana per frigus et Weſtendorfiana per extricationem e ſalibus mediis et neutris. Acidum acetoſum puriſſimum nondum conſtituit elementum, varia enim via acidum aëreum exinde euolui poteſt. SCHEELII igitur hypotheſi, acidum aëreum elementum acetoſi conſtituere, atque dephlogiſticatiore ad infinitum protracta, tandem in aëreum abire, multum acceſſit. p. 392. p. 394.

— Salia neutra et media acetata, reliquorum acidorum, quae iam expoſita ſunt, in ipſa efficacia. Vis acidi acetoſi in corpora vegetabilium et animalium, in ſpiritum vini, quocum aetherem acetoſum efficit. p. 398.

— Aether acetoſus easdem cum ſpiritu vini habet partes conſtituentes, phlogiſton, aquam, acidum aëreum et acetoſum; ratio modo variat, vt maior acidi ad minorem aquae copia ſit. p. 419.

Explicatio fermentationis vinoſae et acetoſae ſecundum praecepta chemica. In fermentatione quidem *vinoſa* ad omnia principii illius, quo acidum aëreum conſtituitur, euolutionem eductionemque, atque intimam reliquarum partium diſſimilarium principii ſaccharini coniunctionem redeunt. In primis vero vis attractiua, qua partes illae diſſimilares inſtructae ſunt, et quae inter ipſas obtinet ratio, plurimum efficit. Quodſi aequilibrium illius vis, quod ſub partium quiete obtinuerat, fuerit ſublatum, novae iam emergunt rationes, vires attractiuae aliis abſoluuntur legibus, noua producuntur corpora. Ca- p. 420.

lor et iuſtus fluiditatis gradus praecipue ſua hic conferunt; principium acidi aërei aëris formam ſubit, pro diuerſo caloris gradu maiori minoriue vi euolvitur. Ratio, quae inter partes corporis fermentantis valuerat, immutatur; per phlogiſti et acidi vegetabilis intimum connubium principium illud ſpirituoſum formatur. Propter menſtrui, quo reliquae partes antea fuerant ſolutae, naturam mutatam maſſa turbatur, partes mucilaginoſae atque tartarus ſecernuntur; ſpiritus igitur inflammabilis ſub ipſum
p. 426. fermentationem producitur. — Fermentatio vero *acetoſa* in phlogiſti cernitur euolutione. Si enim iuſtus tum caloris, tum fluiditatis gradus fuerit, phlogiſton, cum reliquis partibus laxe modo cohaereret, atque facile ab aëre reſpirabili, qui ſumma in phlogiſton trahitur affinitate, excipitur. Sin vero aër adiacens iam fuerit phlogiſticatus, nulla fermentatio acetoſa poteſt abſolui. Phlogiſton, quod ſpiritui inflammabili ineſt, ab aëre excipitur, neque vero minus acidum quoque ſpiritus ad ipſum acetum formandum ſuum confert. Acetum igitur e corporibus educitur, cum corporis fermentantis acor phlogiſto modo orbatur; ideoque ipſa fermentatio acetoſa iure dephlogiſticatio acidi vegetabilis elementaris per aëris reſpirabilis ad phlogiſton affinitatem
p. 431. appellanda erit. In notione fermentationis finienda, non tam ad producta, quam ad ea, quae ſub ipſa euoniunt, attendendum eſt, ideoque quaeuis internae corporum mixtionis mutatio nomine fermentationis inſi-
p. 432. gnienda et ſuo quaeuis nomine diſtinguenda eſt. Pertinet huc, ſi *poma* iam ex arboribus collecta ſucceſſu temporis *matureſcunt*. Ratio enim principii ſaccharini ad partem acidam mutatur, quia illud ipſum principium propter partis aquoſae tranſpirationem
p. 433. magis coarctatur. — *Fermentatio panis.* — *Amyli* conſe-

confectio in eo cernitur, vt pars frumenti ſaccharacea fermentationem quandam ſubeat. *Feculae* quoque, quas olim e variis eduxerunt vegetabilibus, radicis Ari, Bryoniae, Nympheae albae, Colchici, Orchidis, Paeoniae, Cucumeris aſinini. Ipſa granula Sago referunt feculam. — De *pigmento Indico*, quod e foliis Indigoferae tinctoriae per fermentationem parant. In noſtris vero terris ex Iſati tinctoria ſimili ratione pigmentum caeruleum paullo ignobilius obtinemus. Pigmentum indicum quoad naturam ſuam proxime accedit ad materiam animali vegetabilem, a qua tamen quodammodo diſcrepat. Purum tum demum hocce obtinebis pigmentum, ſi id, quod venum proſtat, aqua coquendo, ſpiritu vini digerendo, aceto extrahendo, acido ſalino puro tractando a partibus peregrinis purgaueris. — *Laccam* quoque *caeruleam* quadam conficiunt fermentatione. Modus, quo parare ſolent, nondum accurate deſcriptus: haud dubie ex Lichene Roccella, aut L. Parello fit. — Eadem ratione *Orleana*, qua vt pigmento vtimur, paratur. — *Rancor* quoque, quem olea vnguinoſa plantarum et ſeua animalium ſucceſſu temporis, calore, et negligenter aſſeruata contrahunt, e fermentatione acida explicandus eſſe videtur. Partes enim mucilaginoſae aut gelatinoſae oleo admixtae primum ſubeunt fermentationem, oleoſas partes ſimul abripiunt, quorum pars phlogiſtica ſubinde euoluitur, vt acidum oleorum eſſentiale iam liberum euadat. — Ipſum *pus* quoque, quod partibus corpora animalium proprie conſtituentibus non commode annumerari poteſt, e quibusdam ſuccis per mutationem praeternaturalem gignitur. Virtutes eiusdem variorumque corporum ad idem rationes, quas BRVGMANNS expoſuit, hic inſerta leguntur. Videtur materia purulenta ex humoribus lymphaticis et ſeroſis, quorum mixtio per ſtagnationem, quietem

p. 438. p. 441. p. 445. p. 447. p. 448. p. 454.

et calorem vel coctionem mutata eſt, ortum duce-
p. 455. re. Diſcrimen inter mucum atque pus nondum accurate ſatis definitum; BRVGMANNS optimum putat criterium, quod ab vtriusque repetitur corruptione. Pus calori atque quieti commiſſum mox acceſcit, in putredinem tum abit, foetidumque, atque alcali volatilis odorem ſpargit. Sputa igitur commode hac ratione diiudicari poterunt; foetida quidem certiſſime purulenta ſunt; acorem ſi contrahunt, iſte a pure perdito deriuandus; quae vero non male olent, horum natura mox digeſtione finiri poterit.

p. 457. *Niſi* corporibus partes, quae in fermentationem vinoſam et acetoſam pronae ſunt, fuerint admixtae, ſtatim ſubeunt *fermentationem putridam*, putredinemque contrahunt. Omnia quidem corpora organica quoad miſtionem ſuam, putredini ſubiecta ſunt, quaedam vero eorundem partes ipſam reſpuunt. Pertinent huc aqua pura vegetabilium atque animalium, reſinae, balſama naturalia, olea vnguinoſa et aetherea, ſera animalium, acidum acetoſum purum, ſpiritus vini, camphora, et terra oſſium pura. Partes vero animalium fluidae aeque ac ex ſolidioribus molliores, vt etiam plantae molles ſucculentae recentes, fauentibus putredinis cauſſis, certo fluiditatis gradu, calore, aëris reſpirabilis aditu, et quiete mox putre-
p. 463. fiunt. Phaenomena hoc tempore obuia. Alcali quidem volatile educi videtur, quamuis eiusdem productio vel ex parte non plane negari poſſit. Odor vrinoſus, qui modo citius, modo tardius quam putredinoſus euoluitur, probe ab hoc diſtinguendus eſt. Putridus enim, vt Auct. Exp. videtur, forte ab acido phoſphoreo, quod vna cum phlogiſto e corporibus putredine reſolutis, emittitur, repetendus erit. Ille ſaltem odor aëri phoſphoreo proprius, et fulgor, quem corpora putreſcentia in tenebris ſpargere ſolent,

id

id ſuadere videtur. Accedit, quod alia ratione, quorſum acidum phoſphoreum abeat, explicari non poſſit. Hoc ipſum principium, quod hunc odorem putridum ſpargit, productum maiori iure, quam ſpiritus vrinoſus, ipſi habendum eſſe videtur. — Aër inflammabilis, putredine corporum euolutus, phlogiſton aëriforme refert. — Phaenomena fermentationis putridae difficilius, quam reliquarum fermentationum poſſunt explicari, admodum enim inter ſe pro diuerſa corporum natura differunt. Pendent in vniuerſum ab aequilibrio inter vires attractiuas partium corpora organica conſtituentium ſublato, dum pars phlogiſti, acidique aërei ſeiungitur, materia caloris euoluta libera redditur, et principia volatilia, quae alia inierunt connubia, auolant. Subſidia, quibus putredini reſiſtitur. — Terra oleoſo ſalina ſiue *humus*, qui poſt corporum organicorum putredinem reſtat, cum admodum ſubtiliter diſpeſci poſſit, in tubulos vegetabilium vna cum aqua aſcendit, ſuumque ad noua corpora organica formanda confert. — De *geneſi nitri*. Terra illa, quae de animalium et vegetabilium corporibus, quae putredine fuerunt conſumta, reſtat, multas continet partes ſalinas, quae praecipue nitroſam tenent naturam. Ante ipſam putredinem in plerisque corporibus nulla acidi nitrique veſtigia ſeſe offerunt, ortusque ipſius ſub putredinem cum ipſa acidi nitroſi elementa nobis nondum ſatis cognita ſint, haud ſufficienter explicari poteſt; ſufficiat igitur conditiones, quibus nitrum gignitur, diligenter noſſe, indeque modus, quo in conficiendo nitro agere nos oporteat, a nobis erit repetendus. Vltimum adhuc huius libri egregii volumen, quod alterum partis ſecundae tomum conſtituet, et quo bitumina cum metallis pertractabuntur, indexque conueniens ſubiicietur, ſpem exſpectationemque noſtram admodum alit.

p. 465.
p. 466.
p. 468.
p. 469.

VII.

Abhandlung über die veneriſche Krankheit, von CHRISTOPH GIRTANNER, *der Arzneyw. u. Wundarzneykunſt Doctor, der königl. Geſellſch. der Wiſſenſchaften Correſpondenten. Mit einem Kupfer. Göttingen.* 1788. 8. *Erſter Band.* 458 *pag. Zweiter und Dritter Band.* 1789. 8. 933 *pagg.*

i. e.

De morbo venereo tractatio.

Siue infinitam fere lectionem librorum, quos in primis bibliotheca Academiae Georgiae Auguſtae inſtructiſſima Clmo GIRTANNERO ſuppeditauit, quorumque partem valde magnam (plus quam ecc) ASTRVCCIO euoluere non contigerat, ſpectes, ſiue in inquirendis atque iuſte ſtabiliendis diri morbi antiquitatibus ſtudium, ſiue ingenium, ſagacitatem atque diligentiam, quibus omnia, quae ad hunc morbum, eiusque antiquitates, hiſtoriam atque curationem pertinent, enarrata ſunt, vix parem huic libro, HENSLERI, V. Clmi, laboribus, ad finem vero nondum perductis, forſan exceptis, inuenias. Eamque ob cauſam eius epitomen paulo copioſiorem dabimus, vt exteri etiam, penes quos ſtudium exquirendae venerei morbi antiquitatis inualeſcere videtur, diſcant, quid in praeclaro hoc libro, Germanico ſermone conſcripto, fuerit praeſtitum.

Eum vero Noſter finem habuit, vt librum daret noſtris temporibus, qualis ASTRVCCII liber ſuis fuerat: hinc omnia, quae ad hunc morbum faciunt, pertractauit, antiquitates, hiſtoriam, curationem: altero vero volumine ſcriptores, qui ab initiis morbi de eo egerunt, longe plurimos recenſuit, nouaque quae in illis continentur, breuiſſime expoſuit, ita vt

fere

fere omnium quae ab exeunte ſaeculo XV vſque ad noſtra tempora de hoc morbo ſcripta ſunt, elaboratiſſimam vtiliſſimamque epitomen habeamus.

Prima operis parte hiſtoria luis venereae traditur ſimulque generalia de veneni indole illiusque communicandi modis exponuntur.

Ante annum quidem MCCCCLXXXXIII. ſympto- p. 12.
mata fere omnia nota erant, a lue alias produci ſolita, abſque tamen venerei veneni veſtigio vllo. Nomina ſane diuerſa, quae lui per Europam peruulgatae data ſunt, noua inſolitaque, vnanimis medicorum atque hiſtoricorum iſtorum temporum, qui copioſe citantur, conſenſus ſatis probat, luem ante dictum annum in Europa incognitam fuiſſe. Neque argumentis, quibus contrarium probari poſſet, a Noſtro expoſitis multa fides eſt. Sic in SALICETI libro per typographi errorem legitur luem iam anno 1457 extitiſſe, quo anno SALICETVS nondum natus erat; (num haec rem ſatis probent, dubitare licet) ſic HENSLERVM non rite intellexiſſe PETRI PINCTORIS loca de morbi antiquitate agentia, quae de peſte, non de venereo morbo intelligi debeant, Noſter autumat; ſic non negat quidem Noſter ſymptomata venereo morbo alias communia antiquiora eſſe, imo antiquiſſimis temporibus viſa, negat autem ea a ſingulari iſto venereo miaſmate exorta eſſe.

Quibus omnibus praemiſſis *capite libri primi ter-* p. 21.
tio probatur, morbum anno MCCCCLXXXXIII in Europa non obortum eſſe. Latent ſane nos omnes primae miaſmatum morboſorum origines: in hoc tamen Noſter teſtimonia medicorum atque hiſtoricorum horum temporum neglexiſſe videtur, quod LEONICENVM ſolum morbi origines a vitiatis aeris in Italia qualitatibus repetiiſſe adſerat, multi enim ſunt, qui eadem adſeruerunt: neque haec tantum inquirenda fuiſſent, ſed alia quoque inprimis hiſtoria

leprae, ex cuius degeneratione nouum hunc morbum esse natum saltim non incredibile est. Quarto capite adseritur morbum ex Indiae occidentalis insulis in Europam esse translatum a comitibus primi itineris, quod Columbus in his instituerat, et quidem his argumentis: Ipse COLVMBVS cum FERDINANDO, filio suo, FRANCISCVS LOPEZ de GOMARA, GONÇALO HERNANDEZ de OVIEDO y VALDES, PETRVS MARTYR, HIERONYMVS ORENZONVS, ANTONIVS HERERA, AVGVSTINVS DE ZARATE, cum plurimis aliis has origines stabiliuerunt et ex horum auctorum testimoniis patet: 1) venereum morbum in Indiae occidentalis insulis vulgarem morbum fuisse, quo fere omnes incolae laborauerint; 2) in ipsa America hunc morbum admodum frequentem; 3) mitiorem tamen fuisse, cutaneoque morbo, cum scabie conferendo, similem; 4) Hispanis prius quam in Americam peruenirent, morbum fuisse incognitum; 5) iisque a mulieribus Americanis communicatum; 6) Morbum in Europaeorum corporibus longe vehementiora symptomata excitasse; 7) totum morbum pro effectu longis itineris, praui aeris malique victus esse habitum, et 8) a COLVMBI comitibus in Hispaniam esse translatum, posteaque 9) in veteris orbis reliquas tres partes esse mox diffusum.

p. 42. Quomodo per tres reliquas antiqui orbis partes lues propagata fuerit, quarto capite exponitur. Anno MCCCCLXXXXV. Hispanae copiae, in quibus milites erant venereo morbo infecti in Siciliam transmissae morbum in hanc insulam, Calabriam Neapolimque detulerunt. Gallorum exercitus mox eodem morbo infectus est, qui Neapolitani nomen inde obtinuit. Galli e regno Neapolitano Siciliaque expulsi patriam repetentes morbi vestigia vbique reliquerunt, inde morbi Gallici nomen. In-

nio

io menſe anni 1495 Pariſini luem iam nouerant. Eodem anno in Heluetia, Alſatia, Franconia, Sileſia, morbus notus erat. Ex Hiſpania in Luſitaniam tranſiit Belgiumque. Scotis Galli anno 1497 luem dederunt, quae Angliam anno 1498 demum inuaſit. Cum Iudaeis ex Hiſpania pulſis in Africam tranſiit. Aſiam Indiamque orientalem Luſitani lue infecerunt.

Cap. VI. *Morbus in Europa qua forma quibusque ſymptomatibus eruperit*, exponitur. Celerior fuit, cuem magis occupauit, oſteocopi dolores intenſiores fuerunt: neque guaiacum neque hydrargyrus ad morbi medelam ſuffecit: tranſitus a particularibus ſymptomatibus ad vniuerſalia celerrimus fuit. Gonorrhoeae in primis morbi temporibus nulla veſtigia fuere, quae vbi apparuit, ſtatim mitior morbus factus eſt. p. 50.

Cap. VII. *De primis venerei morbi* (in America) *originibus*. Inſularum Indiae occidentalis incolae eas ab Americanis, hi ab illis repetunt, hinc certi quid ab iis reſciſcere iam primis temporibus non licuit. Coniectura Noſtri eſt, mulieres Americanas, viris longe ſalaciores, pruritu in virorum genitalibus adpoſitu inſectorum venenatorum, veretrum profunde exulcerantium, excitato, hunc morbum ſimul excitaſſe. p. 59.

De contagio venereo, et veneni venerei natura altera primi libri parte agitur.

Ab aegro corpore in ſanum venereum venenum transfertur per concubitum cum femina, aut gonorrhoea, aut vlceribus cunni venereis laborante. Quidam facilius, alii difficilius, alii nunquam morbum concipiunt, ob corporis irritabilitatem maiorem vel minorem, aut generalem, aut concubitus tempore; ob mundata diligenter poſt coitum genitalia membra, ob habitum partium harum, concubitum iteratum, caet. Mane adeo facilius lues propagatur,

quam

quam veſperi. Tandem vrethra etiam veneno ſe
ſim adſueſcit. — Propagatur etiam lues per nu
cum vbera, per oſcula vulneraque. Per genera
nem, per communia pocula, aërem, ſudorem, p
ſpirationem, communes lectos, veſtimenta, ſto
chum ſanguinemque morbus non propagatur.

Loca quae infectionem paſſa ſunt, primum in
ſtantur. Pruritus primum naſcitur, dein dolor, i
flammatio. Secretio, ſi infecta pars ei inſeruit, a
getur, ſecreto humore veneni venerei qualitates i
duente, ſi nulli, cuticula ſenſim deſtructa foed
vlcus naſcitur, tabe veneni naturam pariter indue

p. 73. Haec veneni venerei aſſimilatio locum ſemp
habet, at difficillima explicatu eſt. Sane per ferm
tationem, quae vitae expertibus tantum commun
eſt corporibus, explicari nequit. Neque ſcim
num aucta veneni quantitas ad morbi ſymptoma
grauiora reddenda conferat. Hoc tantum ſcim
alias corporis partes, praeter lympham eiusque va
a veneno non occupari. Fixum eſt venereum v
nenum et per immediatum tantum contactum pr
pagari poteſt. Eſt ex proprio et priuato genere a
que ab omnibus aliis venenis morbificis diſtingue
dum. Acidam naturam habere videtur.

p. 79. *Localia luis ſymptomata* Libro II. pertractantur.
Ea generalem morbum ſemper praecedunt, neque
exiſtere poteſt morbus venereus vniuerſalis, quem lo
calis affectio non praeceſſerit. Dum locale vene
num eſt, vehementer et acute agit: reliquo corpor
communicatum mitigari videtur. Ipſa autem loca
lia ſymptomata nullo nexu inter ſe gaudent.

Gonorrhoea nunc deſcribitur, notis ſimul tradi
tis, quibus a cognatis morbis diſtingui poſſit. Circ
prognoſin notatur, ſimplicem gonorrhoeam, rite tra
ctatam omnis periculi expertem eſſe et VIII dierum
ſpatio probe ſanari poſſe, neque vnquam ex hac, vi
cerum

erum in vrethra experte, luem oriri, illamque aut
n ſanitatem, aut in ſecundariam gonorrhoeam, aut
n gangraenam terminari. Ipſa autem gonorrhoea
ſt internae vrethrae ſuperficiei phlogoſis per irrita-
ionem quandam inducta. Eaque inflammatio in his
antum partibus locum habet, quae irritationem im-
ediate patiuntur: vicinae partes per ſympathiam
fficiuntur. Venenum autem immediate in muco-
s glandulas, praeſertim Morgagnianas, ſub frenulo,
n foſſa nauiculari agit. Hinc in hac parte omnes
onorrhoeae ſedem ſuam habent. Gonorrhoeae
irus a venereo non diſtinctum eſſe, et cum cancro-
um venereorum veneno conuenire, differentiam
ero, qua agunt, non a diuerſa natura, ſed a partium,
n quas agunt, organiſatione diuerſa prouenire, ar-
umentis grauiſſimis ex HVNTERI opere ex parte
auſtis, probatur. Quum autem omnis irritatio vre-
hrae communicata gonorrhoeam inducere valeat,
iquet, quam cautus medicus eſſe debeat in venerea
onorrhoeae natura declaranda. Hinc idiopathica
onorrhoea varias cauſas agnoſcit, morboſas, imo
rtificiales: aliae etiam gonorrhoeae ſpecies exiſtunt
raeter idiopathicam, conſenſualis nempe, metaſta-
ica, et ſi auctoribus fides eſt, epidemica.

Medicamenta, quae ad gonorrhoeam curandam p. 105.
dhibentur, aut interna ſunt atque generalia, aut lo-
alia. Illis, quum parum aut nihil iuuent, carere
oſſumus, non enim euacuantibus, balſamicis, diure-
icis, acrimoniam vrinae mitigantibus, mercurialibus
liisque empiricis medicinis vnquam gonorrhoea
urata eſt: haec vero omnem curationem abſoluunt,
i morbo atque loco opportuna ſunt. Ad eorum-
ue claſſem iniectiones potiſſimum pertinent, lauda-
ae a multis, vituperata ab aliis. Hae ad ſequentes
laſſes reduci poſſunt.

1) Iniectiones irritantes, ad mucum celerius elu-
dum, eius ſecretione aucta, quae vero, ob auc-
irritationem atque inflammationem, fere ſemp-
nocent.

2) Iniectiones mercuriales, quae ideo laudatae fu-
quod mercurius venereum venenum extingu-
Sed hanc virtutem mercurius non habet, nec
localia venerei morbi ſymptomata quidquam
let. Irritando agunt mercurii praeparata, m-
bumque leuant debite adhibita, ſi non, augent.

3) Iniectiones, quae mucum reſoluunt. Has G. RO-
DYCE primum adhibuit, ductus obſeruatione,
conſtat venenum venereum agere non poſſe,
muco obuolutum. Praeſtantiſſimae ſunt caete-
que omnibus palmam eripiunt, aguntque
mueo ſoluendo, aut per lixiuioſam ſuam vim
dam veneni naturam exſtinguendo. Cauſtic-
chirurgorum lapis, aquae ſufficiente copia te-
peratus, ne nimis irritet partes easque inflamm-
huic ſcopo optime inſeruit. Satis fortem ſoluti-
nem eſſe iudicio eſt, ſi ſolutio ipſa ore hauſta
leniter adſtringit mucumque in linguae ſuperfi-
abſque vſtione reſoluit. Ipſa vero haec iniect-
in vrethram miſſa dolorem leuem, vrentem, br-
euaneſcentem, excitat. Si dolor diutius perdur-
diluere ſolutionem magis expedit. In intenſio-
inflammationis ſtadio haec iniectio tamen, ob in-
tationis metum non adhibenda eſt: tunc calc-
aquam recenter paratam iniicere expedit, qu-
abſque inflammationis augmento mucum expu-
gat. In praefatione ad alterum volumen vſus i-
iectionis ex lapide cauſtico ſoluto magis reſtri-
gitur, adſeriturque, eam non debere adhiberi, n-
primis gonorrhoeae diebus atque dilutiſſimam. T-
tius opium cum aqua ſolutum adhibetur, ita t-
men, vt ſolutio eo magis diluatur, quo magis i-
flammatio vigeat, et contra.

4) Ac-

4) Iniectiones oleoſae, quae irritationi minuendae inſeruiunt, caeterum neque multum iuuant, neque nocent.

Indicationes in ſimplici gonorrhoea quaecunque p. 120.
hae ſunt: 1) vt irritatio auferatur; 2) vt irritationis effectus caueantur; 3) vt ſymptomata vrgentiora mitigentur.

Primae indicationi iniectiones n. 3. deſcriptae ſufficiunt, aut tales, quae vrethrae ſenſum minuant irritamentique actionem in eam intercipiant, ex ſaturni ſaccharo aut opio: alteri mundities ſtudioſe culta, ſuſpenſorii vſus, abſtinentia omnium eorum, quae irritationem augere profluuiumque intercipere poſſunt: vltimae opii vſus internus, hirudinum applicatio, rel.

In gonorrhoeae curatione primum diligenter morbus ipſe, num ſolus adſit, aut cum vlceribus complicatus, quemque gradum attigerit, examinandus eſt. Deinde, regimine praecepto, ſuadendum eſt, vt penem cum calcis aqua diligenter lauet et, ſi parca inflammatio eſt, lapidem cauſticum ſolutum, ſi vehemens, opium cum ſaturnihae medicinae particula quadam iniiciat, iteratis diligenter iniectionibus: vt veſperi opium hauriat, tertioque quouis die alvum cum rhabarbaro et mercurio dulci laxet. Deleto veneno ſaccharum ſaturni cum aqua ſolutum iniicitur. Diaetam nimis ſtrictam praecipere non neceſſe eſt. Omnis curatio ſpatio VIII aut XIV dierum facile abſoluitur.

Intercepta gonorrhoea morbos acutiſſimos parit, in ipſa vero interceptionis notione formanda medici errarunt. Interceptum enim profluuium morbi non cauſa, ſed effectus eſt, et in morbi curatione parum intereſt, vt profluuium reſtituatur, multum vero, vt cauſa tollatur. Intereeptae autem gonorrhoeae cauſa ſummus inflammationis gradus eſt, qui

om-

omnem ſecretionem prohibet, veneno loco ſuo pertinaciter inſidente. In curatione omnia eo redeunt, vt inflammatio minuatur, quo facto gonorrhoea ipſa reſtituitur.

p. 141. Humoralis hernia, quae gonorrhoeam vehementiorem comitatur, morbum ſympathicum et a quacunque alia vicini loci irritatione oriundum conſtituit. Si debile curatur gonorrhoea, rariſſime aegrotum affligit, ſemper quippe aut aegroti, aut medentis vitio naſcens. Curatio contra inflammationem dirigi debet: hirudines inprimis interioribus cruribus apponere conuenit. Venaeſectio raro requiritur. Medicamenta, quae pertinacem humoralem herniam reſolunt, fuſe enarrantur: ſi omnia incaſſum adhibita ſunt, inferere gonorrhoeam et nouum profluuium excitare conuenit.

Ab iisdem cauſis iſchuria venerea acuta naſcitur eiusdemque cum humorali hernia naturae eſt. Curatur opii vſu externo, interno et generatim curatione ſumme antiphlogiſtica. Catheterem in pertinaci tali iſchuria applicare non conuenit, ſed veſicam potius per anum perforare.

p. 157. Oculorum inflammatio venerea acuta chemoſeos gradum vehementiſſimum conſtituit aegrique, niſi ſubitanea curatio intercedat, coeci euadunt. Rara eſt: hyeme potiſſimum accidit et conſenſualem morbum, vti prior, conſtituit, methodo ſumme antiphlogiſtica curandum.

Gonorrhoea ſecundaria, pertinaciſſimus morbus, quoad cauſas aut a relaxatione et debilitate vrethrae, glandularumque mucoſarum, aut ab vlcere vrethrae, aut a dyſuria venerea oritur. His cauſis medendi ratio accommodari debet. Balſama naturalia interne data ad curationem gonorrhoeae ſecundariae a relaxatione ortae conferunt: omnis vero curatio a localibus medicamentis expectanda eſt, frigida aqua,

aqua, balneis, electricitate et iniectionibus adſtringentibus. Ad vrethrae exulcerationem ſanandam expedit irritantia medicamenta iniicere, aut cereis in exulceratum locum immiſſis, inflammationem atque ſuppurationem excitare.

Dyſuria venerea, et vrethrae ab eadem cauſa anguſtatio copioſe pertractatur. Agnoſcit cauſas varias, inprimis anguſtationem vrethrae dyſuria, quae non quidem venerea, tamen inflammationis effectus eſt. Curatio per catheterem ex elaſtica reſina paratum et per cereos in vrethram immiſſos quomodo inſtituenda ſit, fuſe praecipitur. Anguſtationem a ſpaſmo tollit linimentum volatile illitum et veſica per cantharides in vicino perinaeo excitata.

Proſtata glandula ſympathice ſaepiſſime afficitur. Illius induratio atque intumeſcentia, quae ſubinde elapſis xv poſt gonorrhoeam annis demum aegro moleſtias creat, ſenibus hinc magis, quam iuuenibus familiaris, vix, niſi forſan puluere contra ſtrumas ex ſpongia marina vſta parato, curatur.

Mulierum gonorrhoea a fluore albo maligno ab alia cauſa orto difficillime diſtinguitur, neque vllum certum ſignum eſt, quo vtrique morbi inter ſe diſtingui poſſint. Decurſus tamen vtrorumque morborum, lenta initia maligni albi fluoris, ardor vrinae in eo non praeſens, lumborum dolor, qui in gonorrhoea a venerea cauſa ſemper deeſt, ad diſtinctionem faciunt. Curatio iisdem medicamentis, quae gonorrhoea virilis poſcit, abſoluitur. Iniectionesque hanc vtilitatem habent, vt hunc morbum difficulter alias curabilem cito, tuto atque iucunde curent.

Altera libri primi parte vlcera venerea (*Chancres*) pertractantur. Venereum venenum, partibus nulli ſecretioni inſeruientibus applicatum, ſuperficiem irritat, humores ad irritationis locum ducit, qui ſenſim ibi accumulantur, ſtagnant, putreſcunt, in pus p. 201.

mutantur, cuticulam exedunt et veneno ipsi permixti tabum venereum ex venereo veneno profluens efficiunt. Haec vlcera aut primaria, aut secundaria sunt. Illa semper in contagii loco, hinc in genitalibus partibus saepissime, haec in quacunque alia corporis parte oriuntur.

Primaria non longo post susceptum contagium tempore interiecto oriuntur. Vti autem omnis irritatio, partibus genitalibus satis diu applicata, illas eodem modo, quo venereum miasma, exulcerare potest, ita et venereorum vlcerum diagnosis non facilis est. Venerea tamen vtplurimum intra sextum aut septimum a concubitu diem oriuntur, cum gonorrhoea iuncta sunt et dolore, partes profunde exedunt, marginem album, callosum habent fundumque album, lardo similem.

Curatio per interna medicamenta non tentanda est, sed per localia, raroque Noster vidit, hac curatione adhibita luem post caneros esse natam. Nec hydrargyri vsus conuenit, quoniam morbum non praecauet, adeoque incassum adhibetur. Hinc in venereis vlceribus generalia medicamenta non danda sunt, nisi certa signa morbum vniuersalem esse factum doceant. Medicamenta autem localia vlceribus his curandis idonea, omnia ex irritantium, inflammationem, suppurationem inducentium classe sunt, mercurialiaque exulceratis locis applicari solita non per specificam vim, sed per irritationem agunt. Conuenit mercurium sublimatum cum aqua solutum, praecipitatum, aut aeruginem cum salis ammoniaci spiritu solutam, aut, qui omne curationis punctum fert morbumque cito et iucunde tollit, lapidem causticum cum aqua solutum applicare.

p. 225. Phimosis, quae praeter venereum contagium ab aliis causis saepissime nascitur, non in glandis, sed in praeputii oedematoso tumore, consistit. Incidere praepu-

raeputium non conuenit, ſed inflammationem fri-
diſſima aqua applicata ſanare, vlceraque glandis,
qua calcis crebro iniecta, expurgare. Periculoſior
araphimoſis eſt, ob glandis ſtrangulationem et gan-
raenam inde oriundam. Incidere praeputium, niſi
rigida applicata mox iuuet, ſtatim conuenit.

Tertia primi libri *parte verrutae venereae aliaeque* p. 231.
creſcentiae pertractantur. Sunt autem tubercula
illoſa, verrucae, porri, condylomata, mariſcae, fici,
ymi, mora, fraga, criſtae, rhagades. Quae praeter
turam luxuriant, generatim non cedunt, niſi ex-
ente medicina applicata, inflammatione atque ſup-
ratione concitata. Enſe reſcindere ea non con-
nit, ob recrudeſcentis luxuriei metum. Ligaturae
agis conueniunt, nec non mercurialia praeparata
riora, praecipitatus ruber, ſublimatus. Cepae to-
ae et contuſae impoſitae verrucas tollunt easque
mucum album reſoluunt.

Quarta pars tractationem *de glandularum tumo-* p. 238.
ibus venereis continet. Deſcriptione vaſorum lym-
haticorum generaliori glandularumque lymphati-
rum praemiſſa, bubonum origines exponuntur.
mnis lympha quoniam glandulas permeare debet,
riusquam ad thoracicum ductum perueniat, non
eri poteſt, quin, acrimonia quacunque per lympha-
ica vaſa ſuſcepta, glandulae intumeſcant, irritentur,
flammentur atque ſubinde ſuppurent. Venerei
inc bubones ſemper in ea naſcuntur glandula,
uae contagii loco maxime vicina eſt. Symptoma-
ci bubones oriuntur ab irritatione quacunque ipſa-
ue ſublata ſponte cedunt. Idiopathici a veneno
enereo glandulam immediate irritante proficiſcun-
r. In cachecticis bubo in vlcera peſſimi moris
rminatur: in ſanis non aeque. Si debite curatur,
ericuli plane expers eſt. A ſcrofuloſis glandula-
m tumoribus venerei bubones eo diſtinguuntur,

quod venereum venenum glandulas, quae con
loco maxime propinquae ſunt, corripiat: quod
ternas tantum glandulas occupet: quod vnicam
tum glandulam cum dolore inflammet.

In curatione reſolutio bubonis ſuppurationi
per praeferenda eſt. Haec venenum venere
ipſum auget, mala localia, quae ab ea inducuntur
etiam non aeſtimes. Illa, ſi res peſſime ſucce
morbum venereum vniuerſalem inducit, longe
nus periculi atque taedii facientem. Ipſaque
reſolutio ſuccedit aucta vi reſorptionis in vaſis
phaticis per emetica, frigida tumori ipſi externa
plicata, et per linimentum volatile femori inter
penis radici et perinaeo crebro et per iterata
ctiones applicatum. Strictum ſimul regimen
phlogiſticum obſeruandum aegrotoque ſumma
praecipienda eſt.

Reſolutio ſi non ſuccedit, ſuppuratio adiuvanda
eſt. Incidere bubonem non conuenit, ſed expectare
donec pus ſponte profluat. In his, qui prae
humores habent, abſceſſus in vlcus venereum de
nerat ſolutione cauſtici lapidis, roborantibusque
randum. Mercurius nec durante ſuppuratione
que vlcere conſolidato prius dari debet, quam ſym
ptomata certa luem adeſſe probent.

Poſt ſymptomaticos bubones ſcirrhoſa duri
crebrius remanet, periculi plane expers et vix
randa. Volatile linimentum aut vnguentum ex
et camphora paratum reſolutioni optime inſeruit.

Tertio libro prophylactica contra venerem et *medicamenta* exponuntur. Non longo poſt ipſe
luem exortam tempore de talibus remediis cog
tum eſt. Anno MD. CASPAR TORELLA talia
deſcripſit: anno MDV. IACOBVS CATANEVS DE
CV talia remedia commendauit. Tutiſſimam
LOPIVS ſuam medicinam prophylacticam

bat. Sed vix ſuffecit. Quae hactenus commendata ſunt, ad quinque claſſes reduci ſe patiuntur.

1) Aquae ad lauandum, mercurii expertes, ex vino, aceto, citri acido diluto, ſimplici aqua, vrina, calcis aqua, alcalino volatili ſale cum aqua plurima diluto, caet. Lapis cauſticus cum aqua plurima ſolutus ad praeſeruationem inter omnia optime valet. A multisque haec medicina inſtar arcani caro pretio vendita eſt.

2) Vnguenta. Omnis adeps ſenſibilitatem corporis minuit et irritationem prohibet. 3) medicamenta mercurialia, praeſertim aqua phagaedaenica in vrethram iniecta, a GILBERTO DE PREVAL inſtar ſpecifici commendata, quae tamen vix magni a Noſtro aeſtimatur. Reliqua ad mechanica artificia et ad interna medicamenta pertinent.

Vniuerſalis venerea lues quarto libro pertractatur. p. 287.
Primum ſtadium morbi eſt, ſi partes externae afficiuntur, alterum, ſi internae, oſſa praeſertim. Tandem a continua irritatione, non a veneno in humoribus circulante, febris lenta naſcitur ſenſim mortifera.

Symptomata cum lue coniuncta veneni venerei certa indicia non ſunt: ſolus oſteocopus nocturnus dolor infallibile luis ſignum eſt: proprii tamen aliquid et reliqua ſymptomata habent. Sic vlceribus venereis proprius character eſt, nec valde difficilis ab aliis, ſcorbuticis praeſertim, diſtinctio: ſic alia etiam ſymptomata ſuos characteres habent, quibus origines ſuas produnt.

De laruatis venereis morbis doctrina, noſtris de- p. 301.
mum temporibus copioſe exornata, nondum vero ad ſeuerius examen reuocata, ſtudioſe examinatur: quo examine praemiſſo concludit Noſter: nullos dari morbos venereos laruatos, neque fieri poſſe, vt venereum venenum diu in corpore, abſque vllo ſymptomate concitato, deliteſcat.

Qui morbos venereos laruatos ſtabiliuerunt, a
experientiam prouocarunt, hiſtoriis huc pertinen
bus copioſe allatis. Sed hae hiſtoriae in eo falla
ſunt, quod multi prouectioris aetatis homines, a
quam labem accuſare potius ament, quam nouam
quam tamen contraxerint; ſi vero ad venerei vene
praeſentiam concluditur, quoniam hydrargyri
morbos, quoad externam faciem venereis ſimiles,
nat, ignorari videtur, potentem hanc medicina
alios quoque eosque valde rebelles morbos ſanare
poſſe. Laruatus hinc venereus morbus non dari
ipſe vero morbus, vt omnes alii, decurſum ſuu
ſymptomataque pathognomonica habet, quibus
expertis cognoſci poteſt. Complicatos vero vene
reos dari morbos certum eſt.

Venenum autem venereum per vaſa reſorptu
et ab iis ad certas partes depoſitum, diuerſa luis ve
nereae ſymptomata efficit. Sexta vel octana ſepti
mana poſt reſorptionem ad partes deponitur. Si
bubone aut vlcere venereo perſanato, morbi venerei
per ſex menſes indicia nulla ſunt, concludere licet
aegrum perfecte a veneno liberatum eſſe.

Mercurius, antiquiſſima ad hunc morbum medi
cina, ideo forſan noſtris adhuc temporibus praeſtan
tiſſima eſt, quod alias medicinas medici nimium
neglexerint. Crudus metallicusque in corpus non
agit: vt auxilium ferat, calcinatus, ſaltim per tritu
ram eſſe debet, aut alio modo mutatus: hinc ve
guenti mercurialis haec tantum particula efficax eſt,
quae per trituram calcinata eſt, reliqua non aequa.
Saliuatio autem mercurii ope inducta non neceſſaria
ad curationem, imo nociua ſemper eſt: hinc durante
mercurii vſu eo reſpici debet, vt ſaliuatio aut plane
caueatur, aut probe, ſi exoritur, curetur. Per me
dicamenta caueri ſaliuatio non poteſt, per diaetam
vero. Purgantia praeſertim ad eam aut arcendam,

aut curandam adhibere periculoſum eſt. Qua ratione mercurius venenum venereum extinguat, ignoramus: ſcimus tantum celeritatem pulſuum, vaſorum lymphaticorum actionem ab eo accelerari, lymphan attenuari, vt aut ex glandulis ſaliualibus cum veneno ipſo, aut per ſudorem cum eodem profundatur. Nunc practicae regulae exponuntur de modo, quo mercurius agit et adhiberi debet. Vtiliſſimae ſunt, ipſeque Auctor Cl. fatetur, ſe in iis ea in vnum congeſſiſſe, quae experientia CCL annorum circa eius vſum docuit.

Modi, quibus mercurius adhibitus ad curandam luem eſt, hi ſunt: 1) vt ſudor et ſaliuatio ſimul concitarentur. Euacuatoriam curationem Noſter vocat. Haec antiquiſſima fuit. 2) Vt ſaliuae profuſio excitaretur. Antiqua quoque methodus, hodie etiam adhuc vſitata et ab ASTRVCCIO copioſe deſcripta. 3) Vt effectus mercurii, inprimis in ſaliuatione concitanda, ipſo mercurio dato, ſimul praefocarentur. Purgantibus et ſudorem concitantibus medicamentis et regimine ſaliuatio intercipitur. 4) Vt deriuaretur a ſaliualibus glandulis mercurii vis per purgantia. 5) Per ſuffimigia, ex antiquiſſimis methodis. Raro hodie adhibetur, neque ad morbum ſanandum ſufficit. 6) Per reſorptionem, dulci aut cinereo mercurio labiis illito. 7) Per clyſteres antiuenereos. 8) Per balnea antiuenerea. 9) Per mercurialia praeparata interne adhibenda. 10) Tandem mixta quoque datur curatio, qua ſublimatus mercurius corroſiuus interne datur, externe vnguentum mercuriale adhibetur. Noua methodus inter omnes praeſtantiſſima eſt. p. 341.

His omnibus praemiſſis medicamentorum mercurialium tabula a SCHWEDIAUR, V. Cl. iam data, iterum datur, poſtea ſingula medicamenta, quoad praeparationem, qualitates, virtutes, noxas, caet. enarrantur.

Multa incommoda mercuriale vnguentum habet neque debilibus et delicato neruoso ſyſtemate gaudentibus praecipi debet, quoniam his vix ſine vitae periculo ſufficiens vnguenti quantitas per cutem ingeritur. PLENKII medicamenta cum mercurio parata id incommodum habent omnia, vt non ſcitur quantitas mercurii ingeſti. Mercurius ſublimatus corroſiuus SWIETENII auctoritate per vniuerſam Europam creberrime adhibitus eſt, verum medici multi, funeſtos ſaepe effectus ab eo obſeruantes, ab eius vſu iterum deſtiterunt. Symptomata quidem venerea ſubito tollit, quae vero, eius vſu ceſſante, recrudeſcunt. Neque ſtatim malos effectus, haemoptoen, tabem, cardialgiam, alui fluxus diuturnos, vomitum, inducit, ſed annis quibusdam interiectis. Si fortis aegrotantium conſtitutio eſt, et cutem morbus vexat, dari commode poteſt. Sed cauendum ab eius vſu, ſi arſenico admixto adulteratus eſt. Mercurius dulcis aliaque praeparata mercurialia, nec non arcana quaedam medicamenta ex mercurio parata enarrantur atque deſcribuntur.

p. 387. Si vero aeger mercurio ferendo idoneus eſt, praeparatione corporis cum purgantibus, balneis tepidis et opiatis praemiſſa, mercurius dulcis SCHEELII aut HERMBSTAEDTII, aut cinereus mercurius praecipiendus eſt. Si ſaliuatio inſtat, omittere medicinam et opium ſumere, deinde iterare illam conuenit, donec ſymptomata penitus diſparuerint. Cauendum ſimul eſt, ne perſpiratio intercipiatur.

Ex medicamentis e vegetabili regno guaiacum, Daphne Mezereum, iuglandis cortices virides, et opium, praeparandi corporis ſcopo, maxime laudantur. Aſtragalus exſcapus, cuius iconem tabula aenea addita exhibet, ſummopere laudatur, enarratis quoque multis morbi per hanc medicinam curati hiſtoriis, cum Auctore ab amicis communicatis. — Ani-

male

nale regnum medicamenta ad morbum venereum
facientia hactenus non dedit.

Ex venereis ſymptomatibus, quae peculiarem p. 407
curationem requirunt, ſcabies venerea balneis tepidis
et pilulis ex mercurio crudo, ſulfure antimonii et
reſina guaiaci, paralyſis, dolores oſteocopi, oſſium tu-
mores cariesque, opio, mezerei decocto, veſicatoriis
locis ipſis impoſitis, curatur. Vulnera venereo mor-
bo affectis inflicta ſine plurima difficultate conſo-
lidantur.

Quinto atque vltimo libro venerei morbi puero- p. 429.
rum pertractantur, quos Noſter copioſe in noſoco-
mio Pariſino, cuius hiſtoriam pulchram diarium me-
dicum Gallicum dedit, viderat. Mercuriali vnguen-
to in Pariſino noſocomio nutrices vtuntur, vt lac
inde vim ad morbum extinguendum acquirat. Ve-
rum hoc non fieri et ne particulam quidem mercu-
rii in lac tranſire Noſter autumat, ſuadetque, vt pue-
ris ipſis mercurius dulcis praecipiatur.

Altero tertioque volumine ſcriptores, qui de morbo
venereo ſcripſerunt, ad noſtra vſque tempora MDCCC
enarrantur. Peſte (ſiue potius conſiliis ad peſtem)
excepta tantam ſcriptorum multitudinem alius mor-
bus non habuit. ASTRVCCIVS adeo anno MDCCXL.
excerpſit tantum D. ſcriptores. Quod vero vtilita-
tem huius laboris, quem non ſine plurima lucubra-
tione ad finem eſſe perductum facile omnes intelli-
gent, qui illum ſtudioſe legere velint, ſummopere
auget, eſt, quod Cl. Auctor errores de morbi origi-
nibus non in America quaeſitis, occaſione enarrato-
rum auctorum iterum enarrauerit, atque libro ſuo
excerpta copioſa ex Hiſpanis praeſertim ſcriptoribus
addiderit.

In periodos certas ſcriptorum enarratio atque
cenſura diuiſa eſt. Prima hos continet, qui vſque
ad annum 1550 vixerunt: altera qui ad annum 1600.

Scriptores ita enarrati ſunt, vt primum qui et qu
fuerint, quos libros ad morbum venereum pertin
tes ſcripſerint, perhibeatur, deinde quid notatu
gnum in ſcriptis ipſis contineatur, enarretur.
bros inſtructiſſimae in Europa bibliothecae, Got
genſis, Pariſinae, Muſei Britannici, caet. ſuppeditaru
certumque eſt, Noſtrum de hoc morbo longe pl
res libros vidiſſe, legiſſe, notatuque digna ex iis e
corpſiſſe, quam ad noſtra vſque tempora factum fuer

p. 113. Primam periodum liber ſextus continet, ad e
ius finem veluti in epitome ſententiae primorum
lue ſcriptorum exponuntur. ASTRVCCIO (cont
HENSLERI, ni fallimur, mentem) haec laus tri
tur, quod ſcriptores ex hac periodo diligentiſſ
excorpſerit. Generalia autem, quae ex lectione
ctorum ex hac periodo reſultant, haec ſunt:

1) Omnes morbum pro nouo, nec cognito pri
habent;

2) et quidem perhibent, eum anno 1494 aut 14
primum apparuiſſe.

3) Morbi nec medela nota fuit, nec nomen c
gnitum.

4) Omnes fere morbum veteribus incognitum fu
putant.

5) De originibus tamen morbi non conſentiun
Aſtrorum concurſum plurimi accuſarunt. Pa
annum tamen 1517 verae origines ſatis inn
tuerunt.

6) Per coitum morbum communicari cum aliis ſole
non negatis tamen aliis quoque communica
nis viis.

7) Curatio per mercurialia ſtatim inualuit: vngue
tum vniuerſo corpori, nullo loco excepto, app
catum eſt. Ob taedium curationis per mercuri
lem inunctionem peragendae guaiaci vſus omni
bus vehementer placuit, deinde chinae vſus, caet.

inua-

inualuit. Per pericula multa et per mortes experimenta plurima curatio diri morbi quaesita est.

9) Partem, quae contagium passa est, primum affici mox obseruatum est.

10) In principio morbus cutem potissimum affecit. Vlcera in genitalibus partibus primum fere communicati veneni symptoma erant. Mox pustulae in cute nascebantur in vlcera transeuntes rebellia, deinde osteocopi dolores, ossium vlcera, cutis squamis obtecta deciduis atque renascentibus, aliis pudenda, nasus, oculi exedebantur. Tabes, febris lenta, mors. Gonorrhoea et bubones in hac periodo raro obseruabantur. ALEXANDER BENEDICTVS ex omnibus solus horum symptomatum mentionem facit. Ad cutaneos hos morbos venereos balneorum vulgaris vsus dispossuit. Pustulae in cute iam anno 1526 parciores erant, bubones et gonorrhoea frequentiores euadebant, 1536 capillorum defluuium primo visum est.

Temporibus ab anno 1550 vsque ad annum p. 192.
1660 origines morbi venerei Americanae generatim adoptatae sunt, saltim eas nullus medicorum negavit. Morbum per coitum, suctionem atque lactationem, oscula, obstetricis auxilium atque per vulnera propagari omnes affirmant.

Morbus ipse in hac periodo valde mutatus est. Anno 1550 gonorrhoea nata est, qua morbus mitior redditus est, rariusque totum corpus occupauit. Cum hac eius frequentes effectus, testiculorum tumor, vrinae interceptio, gonorrhoea secundaria, strictura vrethrae, prostatae glandulae tumor, nati sunt. Strictvrae studiose pertractatae sunt cereosque haec aetas iam nouerat. — Post annum 1550 vsque ad nostra tempora morbus parum aut non mutatus est. Morbi venerei laruati prima mentio in hac periodo fit. Curatio non valde bona, indeterminata. Nouum

medi-

medicamentum ad luem, lignum ſaſſafraſs, laudatum eſt. — Angli medici de morbo, vſque ad annum 1600, fere non ſcripſerunt.

p. 296. Ab anno 1600 vſque ad annum 1650 medici nouis noui prioribus addiderunt. Morbus immutatus manſit; origines vero eius ſubinde penes Graecos, interpenes Iſraelitas quaeſitae ſunt. Methodus curatiua non certa: alii mercurium repudiarunt, alii in difficilibus caſibus laudarunt, alii vegetabilibus morbum curarunt. Strictvrae vrethrae his temporibus, ob male tractatam gonorrhoeam, crebriores. De BASILIO VALENTINO, pſeudonymo ſine dubio auctore, cuius opera ex PARACELSI ſcriptis excerpta ſunt, multa eaque praeclare propoſita enarrantur. Credibile admodum eſt, eius opera, anno 1602 primum edita, aut ab editore, IOANNE THOELDEN, aut alio alchymiſta, compilata eſſe.

Ab anno 1650 vſque ad annum 1700 parum incrementi morbi venerei theoria et curatio habuit. Scriptores ſtudioſiſſime enumerantur, eaque, quae cuique ſcriptori propria ſunt, diligenter enarrantur. Subinde propria Cl. Auctor addidit. Sic occaſione libelli GERVASII UCAY, qui medicamentum ex mercurio et aere in vaſe hermetice clauſo calcinatum ad morbum venereum commendabat, ipſe narrat, ſe mercurium in clauſo vaſe in calcem redegiſſe, rogatque chemicos, vt haec experimenta vlterius perſequantur.

Tertium volumen ſcriptores, ab anno 1700 ad noſtra vſque tempora enarratos, continet. Exeunte ſaeculo XVII ſummi viri naturali ſcientiae et medicinae aliam formam dabant, expurgatis theoriarum ſordibus et obſeruatione atque experientiae ſtudio reuocatis. Occaſione diſſertationis: an morbus antiquus ſyphilis, ab ALLIOT et LEAUTE anno 1717 editae, loca veterum praecipua, ex quibus interpre-

tes

tes antiquitates luis venereae ſtabiliuerunt, enarrantur, eorumque ſententia confutatur. Librum vero BECKETTI dum enarrat auctor, ſimul argumenta, quae ex arſurae (*Brenning*) antiquitatibus a ſagaci hoc viro deſumta ſunt, confutat, ſimulque probat, hanc gonorrhoeam extitiſſe quidem, ſed non veneream, verum leproſam fuiſſe. Egregie etiam, quae ſummi viri, BOERHAAVIVS, ASTRVCCIVS, S. FOART SIMMONS, SCHWEDIAUR, HENSLER, HVNTER, aliique doctiſſimi viri de luis venereae antiquitatibus, theoria, curatione, protulerunt, exponuntur. Index auctorum praeclaro operi additus eſt.

VIII.

Noua phyſico-medica.

Troppauiae inde ab aliquot annis iam ſocietas oeconomica floruit, apud exteros parum cognita. Ipſi vero contigit, vt a Ioſepho II. diplomate ornaretur, quo ad dignitatem *ſocietatis caeſareo reg. oeconomicae* eueheretur, quales in variis aliis Auſtriae ditionibus conſtitutae ſunt. Illo diplomate omnes oeconomi in illa Sileſiae parte, quae imperatori ſubeſt, iubentur huic ſocietati accedere: quique munera, ad oeconomiam ſpectantia, ambiunt, ſe Troppauiae ad examen ſiſtere, indeque teſtimonia cognitionis ſuae oeconomicae ſibi comparare. Praeter ea omnes oeconomi, quibus recte obſeruandi facultas haud denegata a natura eſt, inuitantur, vt ſua inuenta et obſeruationes ad oeconomiam facientia, cum ſocietate hac communicent, ſpe freti certiſſima, vt eam ob rem praemia reportent, obſeruationum inuentionumque dignitati reſpondentia. Anno, quem agimus, nonageſimo ineunte terminus conſtitutus eſt, a quo legitimam haec ſocietas originem deriuare debet ſuam.

Muni-

Munificentia Sereniſſimi Electoris Moguntini academiae ſcientiarum, quae Erfurti eſt, contigit, vt duas quaeſtiones eruditis ad diſceptandum proponere, optimaeque diſſertationi praemium c. thalerorum offerre poſſet. Quarum cum altera tantum ad rem medicam pertineat, eius argumentum hic cum lectoribus communicabimus noſtris. Eſt vero haec: *quomodo via facili nec nimis ſumtuoſa chirurgis, quibus vita ſanitasque ruricolarum concreditur, quique aegrotis ſaepiſſime plus nocent, quam proſunt, inſtitutio melior atque aptior comparari queat?* Qui de propoſito praemio certare cupiunt, operam dare debent, vt inſtituendi rationem, quam fieri poteſt, breviſſimam, poſſibilem, recentiſſimis vſuque probatis medendi methodis reſpondentem indicent: non viam ac rationem tantum, qua inſtitutione neceſſaria chirurgi impertiendi ſint, monſtrent, legesque, hac de re ſanciendas, afferant, ſed etiam doctrinas grauiſſimas de diaeta agricolarum, de ſignis morborum, quibus obnoxii ſunt, remediisque ipſorum etc. ſtringant, aut, quae compendia chirurgis commendari poſſint, indicent. Commentationes ante calend. Octobr. huius anni, ſermone aut latino, aut germanico, aut francogallico conſcriptae ad Excell. RVMPELIVM, qui academiae a literis eſt, ſub iisdem conditionibus, quae vbique ab eruditis ſocietatibus, eiusmodi praemia proponentibus, proſcribi ſolent, mittendae ſunt.

Academia ſcientiarum regia Turinenſis d. XXVII. Iun. anni elapſi primam habuit, praeſente rege atque tota, ſeſſionem. Comes illuſtris DE MOROZZO, qui huic academiae praeeſt, commentarium legit de vtilitate ſcientiarum, et patrocinio, quo Rex ipſas protegit. Abbas DE CALVSO, qui eidem academiae a literis eſt, communicauit cum illius membris breuem expoſitionem commentariorum, qui

quarto

uarto volumini, propediem prodituro, inſerentur. luſtris denique Comes BALBO ex iis diſſertationi- us, quae ad praemium elapſo anno propoſitum re- ortandum ad academiam miſſae ſunt, maxime me- norabilia praelegebat.

Societas regia ſcientiarum Goettingenſis publice ropoſuerat 1786 quaeſtionem, anno praeterito ſol- endam: „de vniuerſitatibus Germaniae literariis arumque conſtitutione et conditione quaeritur, nas illa commutationes inde a ſeculo XIV. experta t; quibusque modis, ſpatiis ac gradibus progreſſus ius ad perfectiorem ſtatum metiendi ſint; reſpectu artim ad interiorem diſciplinam, partim ad inſtitu- onem literariam, partim ad ſcientiarum et litera- um viciſſitudines et profectus ab vniuerſitatibus lis ſeu retardatos, ſeu auctos et maturatos habito, um effectu, quem cum ad ciuilem, tum ad eccleſia- icam rempublicam habuere.“ Quod graue, no- raeque aetati philoſophico-pragmaticae accommo- atum argumentum ne vnum quidem inuenit inter omines eruditos, qui illud pertractandum ſumeret. ltera quaeſtio, eaque oeconomica, in hunc ipſum an- um mota, „quaenam commoda noxaeue ab introdu- ione iuris cambialis reipublicae immineant, quae ex- guam adhuc cum exteris mercaturam alit, nec mul- s fabricas atque manufacturas habet.“ vna tantum iſſertatione erat excuſſa, quae vero elapſo iam ter- nino, quo ad certamen admittendae diſſertationes ocietati exhibendae ſunt, ad hanc peruenit. Socie- s igitur argumenta denuo commendat diſcutienda, uae iam alio tempore erant propoſita. Et Nouem- ri quidem CIↃIↃCCXC hanc quaeſtionem ſolutam upit: „quum plantarum vigorem et incrementa ariis, quibus aër alluens ſcatet, effluuiis multum ad- uuari, item aliquando imminui et retardari comper- um ſit; quaeritur, *anne artificiali quodam aëris ge-*

nere

nere vegetatio ſtirpium promoueri poſſit, ſiue iſtud aquam, qua rigantur, ſiue per atmoſphaeram, in verſantur, admittatur? Quod ſi affirmetur, deſideratur experimenta, quae rem euincunt, per partes poſita, eaque ſatis crebro et in iuſta ſpecierum rietate repetita. Eiusmodi auxilio etiamſi ſtirpſub dio creſcentibus aegrius ſubueniri poſſe videtur: multum ſaltem commodi illud promittit pibus in hypocauſto hortorum vel vaporario ſetis cultisque, et ſpes effulget, fore, vt exoticarum riarum flores in hypocauſtis alias vel plane nou, nonniſi poſt longas moras comparentes euoluant et vt eſculentae variae cultae in vaporariis tam e tempus conſuetum ſuppetant, quam ſapidiores alendo corpori noſtro magis idoneae euadant. Praei igitur vſus rationem in quaeſtione ſoluenda eſſe bendam intelligitur." — Nouembri CIↃIↃCCL hanc deſtinauit quaeſtionem: „Planum, ita per aqua ductum vt motus directio plano obliqua ſit, reſiſtiam pati in ratione quadrati ſinus, quo directio planum inclinatur, ſumſerunt, qui reſiſtentiam cu putarunt. Conſtitit autem Gallorum experimenta id a vero aberrare, eo magis, quo minor eſt inclinatio. Formulam, quae teneat relationem inter gulum et reſiſtentiam, nonniſi vero propinquam dedit Cl. BOSSUT, et quae non poſſit transferri ad cavas ſuperficies. Sunt autem experimenta inſtituenda cum corporibus in aqua motis. Aerem ſuſpicari quis poſſit alia lege reſiſtere, non ſolum, quod minus denſus eſt, ſed etiam, quod elaſticus. Vnde intelligitur, quantum adhuc a phyſica, quae medii effectus naturae, expectet analyſis, ad veram proiectorum theoriam parabolicae ſubſtituendam. Vtinam hac re, ſi fieri poſſit, promoueantur aliquantum ſuae ſcientiae noſtrae, cupit ſocietas: *quomodo ſe habeat obliquae reſiſtentiae quantitas ad angulum inclinationis*

assuro

accuratius et plenius oſtendi, etiam ut ſuperficiebus curuis applicari poſſit. Idque, ſiue in fluido, cuius ſola ſpectatur inertia, et forte lentor, ſiue in aëre. Theoriam niti debere experimentis, aut illis, quae iam proſtant, aut aliis aeque ſolerter inſtitutis, vix opus eſt dicere. — Nouembri CIↃIↃCCLXXXXIII deſiderat regia ſocietas, vt experimentis ſollicite inſtitutis, et cum fide enarratis eruatur ac demonſtretur, quodnam intercedat, ſi indolem partium vtramque conſtituentium, et rationem, qua inter ſe miſtae ſunt, ſpectes, inter bilem cyſticam et hepaticam vulgo dictam diſcrimen? An eadem ſit bilis indoles ex mammalibus, quae ex auibus, amphibiis vel piſcibus petitae? An eadem bilis carniuororum, quae phytophagorum et omniuororum? An eadem animalium ruminantium, quae non ruminantium bilis indoles? Si non ſit eadem, quae diſcrepantia, ſi ad partes conſtituentes reſpicias? Et quae exinde tum conſectaria in explicanda bilis functione, et vi ſalutari, tum quae cautelae ex applicandis his cum bile animalium canotis ad corpus humanum experimentis, fluant? — Praemium hisce quaeſtionibus, optime ſolutis, promittuntur L nummi aurei (*Ducaten*), et terminus, quo ad certamen admittendae diſſertationes ſocietati exhibendae ſunt, ad ſummum Pridie Calend. Septembres cuiuslibet anni, cui propoſita quaeſtio data eſt, conſtituitur. — Praeter hasce quaeſtiones etiam oeconomicae ab eadem Societate motae ſunt: et quidem hoc ipſo anno, menſeque Iulio doceri cupit, *quomodo damnum finiri et praecaueri poſſit, quod regioni accidit illi, in quam monetae minoris pretii adiacentium regionum inferuntur?* Menſe vero Nouembri eiusdem anni finiri cupit tempora, rationemque, qua princeps pecuniam, e terris, quae ipſius ditioni ſubſunt, cum vſuris leuioribus mutuo ſumendam, ad terrarum incultarum culturam et exſtructionem no-

vorum pagorum ſpe emolumentorum certa trans-
ferre poſſit? Menſe denique Iulio CIↃIↃCCXCI ca-
ſam eruendam offert, ob quam, certe in multis Ger-
maniae regionibus ornamenta aedificiorum publico-
rum, pontium, monumentorum, lapidum milliario-
rum, arbores, ſcamnaque in locis publicis interqu
arborum ſeries exſtructa etc. ſaepius non niſi ex ma-
ra petulantia, quam in Italia aliisque regionibus de-
ſtruantur? et quaenam ſint remedia, quibus hae
deſtruendi libido tutiſſime et celerrime coërceri po-
ſit? Primam et tertiam harum quaeſtionum, qui ſol-
vere cupiunt, ii ſuas diſſertationes Maio exeunte; a
ſecundam vero reſponſuri verſus finem Septembri
ad ſocietatem mittere debent. Praemium cuilibet
quae optima iudicata eſt, diſſertationi promittuntur
XII. aurei nummi.

Regia ſocietas medica Pariſienſis ipſis Calend. a
praet. conuentum habuit publicum, in quo praeli-
gebat FOURCROY diſſertationem de medicis virtu-
tibus aëris vitalis ſ. dephlogiſticati: DESPERIERS
vero de analogia inter malum mandibulae inferioris
et indurationem celluloſae telae, cui recens nati ob-
noxii ſunt; SAILLANT varias cum ſocietate obſer-
vationes, in epilepticis factas, communicabat; VICQ
D'AZYR denique elogium DELASSONEI recitabat.
Quaeſtio, ad diſceptandum CIↃIↃCCLXXXV propo-
ſita: *morbos exponere, quos tanquam vere contagioſos
conſiderare poſſimus; quaenam organa eorum ſedes
quaſi nidi ſint; et quomodo ab uno aegroto transfera-
tur ad plures*, a ſocietate nunc ſuppreſſa eſt, cum ab
illo inde tempore nullam diſſertationem receperit,
quae ipſi ſatisfeciſſet. — Alia quaeſtio: *determinare
naturam puris, et indicare ſigna, quibus* eius praeſen-
tiam in variis morbis, praeſertim iis, *qui pectus occu-
pant, cognoſcere poſſimus*, nulla diſſertatione ita
ſoluta eſt, vt promiſſum praemium ipſi adiudicari
poſſet

poſſet. Illa tamen, quae Celeb. CVSSONVM, medi-
cinae Profeſſorem, auctorem habuit, nummo aureo
ornata; ipſa vero quaeſtio, cui praemium DC libra-
rum gallicarum promiſſum, denuo pro anno
MDCCCXCI repetita eſt. Quaeſtio, *de lactatione*
artificiali mota, magnum diſſertationum numerum
peperit, quas academia pro diuerſa ipſarum dignita-
te in quatuor redegit claſſes. Primam efficiunt com-
mentarii Clariſſ. IBERTII, PERCY, HERVETI et IV-
RIMI: ſecundam diſſertationes GUEGOTI de Traou-
len, DUFAU, DUFOUR, DEGLANDI et STRACKII Mo-
guntini: tertiam commentationes equitis de la COU-
DRAY, MARONI, le BRUN, GERIMACI, ROBINAU
et LAMBRONI: quartam denique diſſertaciunculae
BONINI, SACOMBEI, PALLETI, RENOU, MOULETI-
que. Primae claſſis diſſertationes CCC libris gallicis,
ſecundae C libris, tertiae nummo aureo, et quartae ho-
norifica earum mentione facta condecorauit academia.
— Morbus caducus ſocietatis huius medicae nunc at-
tentionem meruit praecipuam. Experientiſſimorum
THIEBAUTI, DUFAU, LAVRENTII Schlettſtadienſis,
PERCY Argentoratenſis, et BAGOTI, ad St. Prieu-
rium medici, ad ſocietatem miſſae obſeruationes, de
hoc morbo factae, honorifica commemoratione; et
RAMELII nummo aureo dignae iudicatae ſunt. —
Praeterea quoque multae, eaeque lectu non indignae
commentationes ſocietati exhibitae ſunt, ad topo-
graphiam Francogalliae medicam pertinentes. —
Noua denique quaeſtio, ad diſceptandum propoſita
huius eſt argumenti: *exiſtuntne inflammationes len-
tae ſeu chronicae, eo ſenſu ſumtae, quo a* STOLLIO
*aliisque recentioribus admiſſae ſunt? Si vere exiſtunt,
quaeritur, quaenam ipſis competant ſymptomata, et qua
ratione ſint tractandae?*

Honores.

PH. I. LEIBLIN, aſſeſſ. medicinalis ac chirurg principis, a Marggrafio Anſpacenſi conſiliarius m dicinalis non titulo tantum, ſed re factus creatus idemque a ſocietate medicorum Londinenſi membra extranea correſpondentia receptus eſt.

Celeberrimus in arte obſtetricia et chirurg STEINIVS, Marburgum cum ſalarii augmento m ſus a ſuo principe eſt, vt ibi ſecundum in facul medica locum capeſſeret.

Experientiſſimus C. H. BRANDAU, qui *de temperantia et morbis ex ipſa oriundis*, Marbu CIↃIↃCCLXXXV diſputauit, atque commenda Illuſtris ZIMMERMANNI ab imperatrice CATHA NA II. profeſſor phyſiologiae in inſtituto medico chirurgico Petropolitano, deindeque in ſchola col giali medico-chirurgica, ibidem florente, factus e nunc Moſcouiam abiit, vt RAVSCHERTO, medi nam in noſodochio illic ſuſtentato faciente, adm geretur.

GE. FRZ. HOFFMANN, medicinae doctor, q pluribus ad hiſtoriam plantarum cryptogamicar pertinentibus ſcriptis inter nos, et inter exteros qu que inclaruit, in academia, quae Erlangae floret, pr feſſor extraordinarius conſtitutus eſt.

Mortes.

Exper. I. I. PLANERVM, profeſſorem medicin Erfurtenſem ordinarium, facultatis medicae aſſeſſo rem, acad. regio-caeſar. naturae curioſorum, et d ctor. Moguntinae, quae Erfurti eſt, ſocium, an aetatis XLVI. d. X. Dec. anni praeteriti fatis ceſſi dolemus.

Die VII. Decemb. anni ſuperioris Experientiſſi mus IOAN. FRIDER. GLASERVS, Duci Saxoniae Go thano a conſiliis mont. phyſicus medicus Suhlae va riarum

riarumque eruditarum ſocietatum ſocius, qui variis, etiam politiae doctrinam illuſtrantibus ſcriptis inclaruit, febre catarrhali anno aetatis LXXX obiit.

Ipſis Calend. Nouembr. eiusdem anni Arimini obiit Abbas BATARRA anno aetatis LXXX. Nomen ſibi in republica literaria comparauit opere edito *de fungis agri Ariminenſis*, editione *muſei Kirkeriani*, praetereaque diſſertationibus de rebus ad oeconomiam, phyſicen, et hiſtoriam naturalem pertinentibus erudite elaboratis. Ob hanc, qua clarus fuit, eruditionem plures academiae ipſum inter ſocios adſciverunt ſuos, eruditiſſimique inter Italos viri commercium literarium cum ipſo aluere.

PRVDENTIVS HEVINVS, qui vicem directoris academiae reg. chirurg. Pariſ. gerebat, annos natus LXXV. diem ſupremum d. III. Dec. obiit. Quae ſcripſit opuſcula, haec ſunt: 1. Un précis d'obſervations ſur les corps étrangers arrêtés dans l'oeſophage ou la trachée-artère, avec des remarques ſur les moyens, qu'on a employés, ou qu'on peut employer pour les enfoncer, ou les retirer. 2. Recherches hiſtoriques et critiques ſur la nephrotomie ou taille du rein. 3. Recherches hiſtoriques ſur la gaſtrotomie dans le cas de volvulus. Denique e miſto amici SIMONIS pathologiam ac therapiam chirurgicam cum ſuis obſeruationibus practicis 1780. edidit.

Hiſtoria naturalis magnam iacturam fecit morte D. CHR. SCHAEFFERI, qui Regi Daniae a conſiliis, Profeſſor, et Ratisbonae muneri Paſtoris ac rerum ſacrarum Inſpectoris praefuit, et magnum ſibi operum multorum, ad totum hiſtoriae naturalis ambitum et oeconomiam pertinentium, editione comparauit honorem, d. 8. Ianuar. huius anni, aetatis LXXmo conſecuta.

Varia.

SPALLANZANIVS cum Abbate FORTISIO, vtr
que ſtudio naturae clarus, montes Vicentinos co
iunctis viribus perſcrutari conſtituerunt. Vterq
iam ſolus pluries easdem ipſas peragrauit regione
ibique plura detexit, quae naturae curioſorum atte
tionem meruerunt. Quae nunc non exſpectari po
ſunt, cum iidem viri cum nobili viro Neapolitan
DELFICO, qui hiſtoriae naturalis amantiſſimus mul
tam ſibi eius comparauit cognitionem, cuius magis ma
gisque excolendae cauſa totam peragraturus eſt Ita
liam, ſocietatem iniuerunt, atque ſimul eosdem mon
tes reuiſere, atque accuratiſſime ibi omnia rima
conſtituerunt!

Experientiſſimus SALVATORI, qui Trienti artem
fecit, Parmam euocatus eſt, vt ibi experimentis me
thodum ſuam, phthiſin curandi, de qua et librum
conſcripſit, confirmaret. Haec quidem methodus
italos medicos iam attentos ad hunc morbum, eiqu
medendi rationem reddidit.

Experientiſſimus FR. ALBR. CAR. GREN, qu
praeter artem, quam profitetur, medicam etiam phy
ſicen excolit, eidemque compendium a viris harum
rerum peritis probatum dicauit, huius ipſius doctri
nae ſtudium iuuare cupit editione *diarii phyſici*, in
quo inuenta, hypotheſes, experimenta, inſtrumenta
que, recens detecta locum inuenient ſuum. Quoli
bet menſe prodibit faſciculus, x ad XII plagulas con
tinens, quorum tres volumen efficient. Continebit
quilibet faſciculus ineditas adhuc diſſertationes; ex
cerpta diſſertationum phyſicarum, quae ſcriptis ac
demiarum eruditarum inſertae ſunt; excerpta com
mentariolorum, qui in diariis phyſicis patriae et ex
terarum regionum prodeunt; cenſuras librorum
phyſicorum; noua inuenta; notitias literarias etc.
Pretium huius diarii annuum erit, ſi praenumerando
ſoluitur, Ludouicus aureus.

Cele

Celeberrimus MALACARNE in locum Experientiſſimi NESSI profeſſor chirurgiae in academiam Ticinenſem euocatus eſt, cum hic director noſocomii vrbis Como conſtitutus illa profeſſione ſeſe abdicaret. Cum igitur hac de cauſa non amplius vacare poſſit diſquiſitionibus de leucaethiopum conſtitutione, cauſisque hunc morbum efficientibus etc. inſtituendis, varios excitauit viros eruditos, vt, quod ipſe ob ſuum ex iſtis Pedemontanis regionibus diſceſſum facere amplius haud poterat, in iſtam morboſam corporis conſtitutionem curatius inquirerent. Clar. BAILLE, Aoſtae viuens, his precibus commotus, hunc laborem ſuſcepit, ita, vt huic viro, quibuscunque illius morbi cognitio accuratior grata acceptaque eſt, publicas perſoluere debeant grates. Etenim praeter obſeruationes de vallis, quae ab Aoſta nomen habet, ſitu ac conditione, ad laucaethiopum aegritudinem relata, cum MALACARNEO communicatas, omnes regiones recenſet, quibus hic morbus quaſi endemius eſt, atque, omnibus rite conſideratis, negat, morbum haereditarium eſſe. Cauſas huius morbi exponit, interque eas primam ponit aquam. Nam in iis regionibus, quae leucaethiopes producunt, obſeruauit omnes, qui molas atque canales accolant, aeque huic morbo obnoxios eſſe, ac qui immodico vini vſu excedant. Quas quidem ſimilesque obſeruationes duabus epiſtolis comprehendit, quarum prior ſcripto periodico: *Giornale ſcientifico letterario e delle arte.* Torino. vol. IV. parte 1. inſerta eſt, poſteriore nondum publici iuris facta.

Abbas FORTISIVS, qui per aliquot menſes in patria ipſius, Paduae, commoratus eſt, Neapolin reuocatus fuit, vt intereſſet operationibus, quas in nitrariis, Molfettae a FORTISIO detectis, et nuper a Clar. ZIMMERMANNO optime deſcriptis, Rex Siciliarum inſtitui iuſſit. — Eundem virum legimus comite

DEODATO DOLOMIEU, ſuperiore auctumno in montes Enganeos iter ſuſcepiſſe, in quos etiam haud diu poſt SPALLANZANIVS cum March. OROLOGIO oryctologica cognitione inter Italos claro, peregrinati ſunt. Scilicet FORTISIVS cum aliis viris eruditis in ea hucuſque fuit ſententia, vt vitrificata corpora, in collibus Enganeis reperta, eruptioni vulcanicae adſcribenda eſſe putaret. DEODATVS DOLOMIEU vero contrariam ſententiam, redux ex illis regionibus, tuitus contendit, omnia illa corpora a ſubnacibus metalla fundentibus formata eſſe, quarum reliquiae in iſtis regionibus plures fuerunt detectae. SPALLANZANIVS FORTISII partibus acceſſit, ſuasque obſeruationes de variis vitrorum vulcanicorum ſpeciebus propediem editurus eſt.

IX.

Catalogus librorum, qui anno 1787. prodierunt.

Abbildung und Beſchreibung der Fiſche, Heft I. m. *illum. Kupf. Nürnberg.* 8.

ABBILDUNGEN (*natürliche*) *der merkwürdigſten Thiere, nach ihren Geſchlechtern m. Farben nach der Natur erleuchtet XXXII. XXXIII. Quartal, welche Tab.* 373–396. *enthalten. XXXIV und XXXVſtes Quart. welches Tab.* 397–420. *enthält. Berl. u. Stralſ.* 8.

ABHANDLUNG (*praktiſche*) *aus der Landbaukunſt, betreffend den Bau der ſogenannten Lehm- oder Wetterwaende, wie man dieſelben dauerhaft, mit wenigen Koſten und einer wahren Holzerſparung aufführen koenne, m. Kupf. Berl.* 8.

— *vom Hopfenbau. Meiſſen.* 8.

ABHANDLUNGEN (*arzneykundige*), *herausgegeb. von dem Collegio der Aerzte in London, v. D.* KRAUSE *überſ. B.* 3. *m. Kupf. Leipz.* 8.

ABHAND-

ABHANDLUNGEN (auserleſene) über Gegenſtaende der Polizey, der Finanzen und der Oekonomie, gezogen aus ſaemmtl. Iahrg. des Hannoever. Magazins von E. L. M. RATHLEF. B. II. Hannov. 8.

— der Boehmiſchen Geſellſch. der Wiſſenſch. auf das Iahr 1786. m. Kupf. Dresden. 4.

— (neue) der koen. ſchwed. Akad. der Wiſſenſch. aus der Naturlehre, Haushaltungskunſt u. Mechanik, a. d. Schwed. überſ. v. KAESTNER. B. 7. m. Kupf. Leipz. 8.

— (neue) und Nachrichten der K. Großbr. Churfürſtl. Braunſchweig - Lüneb. Landwirthſchaftsgeſellſchaft zu Celle. B. I. Celle. 8

— der K. K. Ioſephiniſchen medizin. chirurg. Akademie zu Wien. B. I. m. Kupf. Wien. 4.

— der koenigl. medizin. Geſellſchaft in Kopenhagen. a. d. Lat. B. I. Offenbach. 8.

ALLIONI (CAR.) Flora Pedemontana, ſ. enumeratio method. ſtirpium indigenarum Pedemontii, Tom. III. c. fig. Aug. Taurinor. et Lipſ. fol.

ANLEITUNG (praktiſche) zur ganzen Landwirthſchaft, ſowohl über den Getraide - Frucht - und Futterkraeuterbau u. ſ. w. als auch über die Viehzucht, von den Krankheiten des Viehes u. ſ. w. von einem praktiſchen Oekonom C. D. Th. II. Leipz. 8.

— zur Pflanzenkenntniß, nach LINNÉ und JACQUIN für Apotheker und Liebhaber der Botanik, mit erlaeuterten Beiſpielen. Mannheim. 8.

— zur Vorbauung und Heilung des Zungenkrebſes unter dem Hornvieh und bey Pferden. Detmold u. Meynberg. 4.

ANNALEN der Oekonomie, Kameraliſtik u. anderer dahin einſchlagend. Wiſſenſchaften, Heft I. II. Leipz. 8.

ARBEITEN (phyſikaliſche) der eintraechtigen Freunde in Wien, herausgeg. v. I. von BORN. Iahrgang. II. Quartal. II. III. Wien. 4.

ARCHIV *der practiſch. Arzneykunſt für Aerzte, Wund-aerzte und Apotheker, darinnen medizin. und chirurgiſche Beobachtungen, Leichenoeffnungen, chemiſche und pharmaceutiſche Abhand. u. ſ. w. B. III.* Leipz.

— *für Magnetiſmus und Somnambuliſmus, v.* Hofr. BOECKMANN. *St. II. III. Strasb.* 8.

— *gemeinnütziger, phyſiſcher und medizinischer Kenntniſſe, herausg. v. D.* I. H. RAHN. *B. I. Abth. II. Zürich.* 8.

ARNEMANNS (I.) *Verſuche über das Gehirn und Rückenmark, m. Kupf. Goetting.* 8.

AUSWAHL *der mediciniſchen Aufſaetze und Beobacht. a. d. Nürnberg. gelehrt. Unterhandl. a. d. Lat. überſ. u. m. vielen Zuſaetzen vermehrt. Band. I. welcher die Jahre* 1731. 1732. 1733. *und* 1734. *enthält. Band. II. Halle.* 8.

BACHS (A.) *Abhandlung über die Kenntniß der Geſundheitspflege. Neiſs.* 8.

— *über den Codowaer Geſundheitsbrunnen in der Grafſchaft Glaz. Striegau.* 8.

BALDINGERS (E. G.) *mediziniſches Journal. St.* 11. 12. 13. 14. 15. *Goetting.* 8.

— *neues Magazin für Aerzte. B. VIII. St. VI. B. IX. St. I. II. III. IV. Leipz.* 8. *wird fortg.*

— Opuſcula medica. Goetting. 8.

BALDINI'S (P.) *Methode, die Kinder ohne Bruſt groß zu ziehen. a. d. Ital. m. e. Kupf. Stendal.* 8.

BARNEVELDS (W.) *von der mediziniſchen Elektricitaet. a. d. Hollaend. m.* 3 *Kupf. Leipz.* 8.

BARRET (ONSLOW) a treatiſe on the gout. Lond. 8.

BATSCHENS (A. I. G. C.) *Verſuch einer Anleit. zur Kenntniß und Geſchichte der Pflanzen für akadem. Vorleſ. m. den noethigſten Abbild. Th. I. allgemeine Einleit. Halle* 8.

BAVMERI (I. W.) Fundamenta chemiae theoretico-practicae. Edit. noua aucta. Gieſae. 8.

BEI-

BEITRAEGE, *auserleſene, zur Thierarzneikunſt. St.* 2. *Leipz.* 8.

— *vermiſchte, zur phyſikal. Erdbeſchreibung. B.* 6. *St.* 3. 4. *Brandenb.* 8.

— *und* BEMERKUNGEN, *oekonomiſche, zur Landwirthſchaft auf das Jahr* 1788. *als eine Fortſezung des ehemaligen Landwirthſchaft-Kalenders. Stuttg.*

— *zur Geſchichte der Wurmtrockniß in der Harzgegend v. J.* 1779–1785. *v.* L. G. F. S. *Frankf. am Mayn.* 8.

BEKMANNS (I.) *Beitraege zur Oekonomie, Technologie, Th. XI. Goetting.* 8.

— *Anleitung zur Technologie, oder zur Kenntniß der Handwerker, Fabriken und Manufakturen,* 3*te vermehrte Ausgabe mit* 1 *Kupf. Goetting.* 8.

— *phyſikaliſch-oekonomiſche Bibliothek. B. XIV. St.* 4. *Band XV. St.* 1. *Ebendaſ.* 8.

BELL's (B.) *Lehrbegriff der Wundarzneykunſt, a. d. Engl. Th.* 3. *welcher den* 3 *u.* 4*ten Th. des engl. Originals enthaelt, m. Kupf. Leipz.* 8.

— Syſtem of Surgery. vol. 5. Lond. 8.

BEMERKUNGEN, *praktiſche, und Geheimniſſe, die Hausshaltungskunſt betreffend, Th.* 5. 6. *Quedlinb.* 8.

— *mediziniſche, einer Geſellſchaft Aerzte in London, Th.* 7. *m. Kupf. Altenburg.* 8.

— *und Erfahrungen über die Beſtandtheile u. Kraefte der ſchleimigten, fetten, oeligen, ſcharfen und riechenden oder gewürzhaften thieriſchen Arzneyſubſtanzen u. ſ. w. herausg. v.* W. *Wien u. Leipz.* 8.

BENEKENDORFS, *von, Geſetzbuch der Natur für den wirthſchaftenden Landmann, Band* 3 *und letzter. Halle.* 8.

BEOBACHTUNGEN *und Entdeckungen aus der Naturkunde, von der Geſellſchaft naturf. Freunde zu Berlin,* 1. *B.* 4. *St.* 2. *B.* 1. *u.* 2. *St. mit Kupf. Berlin.* 8.

BERGMANNS (T.) *Grundriß des Mineralreichs. a. d. Lat. m. Zuſaetzen. v.* I. X. LIPPERT. *Wien.* 8.

— Opuſcula phyſica et chemica, Vol. IV. Lipſ. 8.

BERLINGHIERI (FRZ. VACC.) Saggio intorno alle principali e più frequenti malattie del corpo umano. to. II. Piſa. 8.

BERNSTEINS (I. I.) *chirurgiſches Lexicon. B. II. neue vermehrte Aufl. Gotha.* 8.

BERTHOLONS, *des Abts, gemeinnützige Abhandl. zur Phyſik u. Oekonomie überſ. u. herausg. v.* F. A. WEBER. *Heidelb.* 8.

— de l'électricité des météores. vol. I. II. Par. 8.

BIBLIOTHEQUE phyſico-oeconomique, inſtructive, et amuſante. vol. I. II. Paris. 8.

BIRNSTIELS (F. A.) *geſammelte Aktenſtücke zu Aufdeckung des Geheimniſſes des ſogenannten thieriſchen Magnetiſmus, in Briefen dem Hrn.* BALDINGER *mitgetheilet. Marburg.* 8.

BLANE, *über die Krankheiten der brittiſchen Flotte in Weſtindien, waehrend den Jahren* 1780–1783. *a. d. Engl. Ebendaſ.* 8.

BLANE'S (G.) *Bemerkungen über die Krankheiten der Seeleute. a. d. Engl. überſ. u. m. Anmerk. v.* K. A. M. *Goetting.* 8.

BLOCHS (M. E.) *Naturgeſchichte auslaendiſcher Fiſche, 3 u. letzter Th. oder* 30–36 *Heft. Berl.* 4.

BLOM (ANTH.) verhandeling van den Landbouw in de Colonie Suriname. Amſterd. 8.

BLUMENBACHII (I. F.) Specimen phyſiologiae comparatae inter animantia calidi et frigidi ſanguinis. Praemiſſae ſunt de niſu formatiuo et generat. negotio obſeruat. nuperae. Accedunt tab. aen. Goetting. 4.

— *Handbuch der Naturgeſchichte. Dritte verm. Aufl. m. Kupf. Goett.* 8.

BLUMSHEIAS (M. G.) *vollſtaendige Sammlung praktiſcher*

ſcher Heilungsarten aller Viehſeuchen, aus Beobacht. u. Erfahr. gezogen, u. zum Beſten des Landmannes herausgegeb. München. 8.

BODE'S (I. E.) aſtronomiſches Jahrbuch für das Jahr 1790. Berl. u. Stralſ. 8.

BOECKMANNS, Abhandlung über die Anwendung der Elektrizitaet bei Kranken. Durlach. 8.

— Abhandlung über die Blitzableiter. Ebend. 8.

BOEHMENS (C. G. D.) Kurmethode der wichtigſten Bruſtkrankheiten, zum Beſten angehender Aerzte. Leipz. 8.

BOEHMERI (G. R.) Bibliotheca ſcriptorum hiſtoriae naturalis oeconomiae aliarumque artium, ac ſcientiarum, ad illam pertinentium realis ſyſtematica, Pars III. Phytologia. Vol. I. Lipſ. 8.

— ſyſtematiſch-litterariſches Handbuch der Naturgeſchichte, Oekonomie und anderer damit verwandten Wiſſenſchaften u. Künſten, Th. 3. Gewaechsreich. Band 1. Ebend. 8.

BOSCOWICHS (R. I.) Abriſs der Aſtronomie. Leipz. 8.

BOETTCHER (I. F.) von den Krankheiten der Knochen, Knorpel und Sehnen, m. K. Th. 1. Koenigsb. 8.

BOURRITS (M. D.) Beſchreibung der Savoyiſchen Eisgebürge, als eine Fortſetzung der Beſchreibung der penniniſchen und rhaetiſchen Alpen. Zürich. 8.

BRAU- und BRANDEWEINBRENNER, der, nach oekonom. Grundſaetzen u. Erfahrungen. Mit einem Anhange von Bereitung des Aepfelweins, und wie man aus gemeinem Weine ſehr wohlfeil guten Ungariſchen machen kann, auch wie Franzbrandewein und Danziger Aquavite zu verfertigen. Leipz. 8.

BRIEFE, oekonomiſche, oder über die Betrügereien der Verwalter, nebſt einem vollſtaendigen Entwurfe einer Jahresrechnung. Theil 1. 2. Leipzig. 8.

BRUDS (T.) Vertheidigung der Pocken und Geſchichte des glücklichen Erfolgs der Einimpfung in Philadelphia. A. d. Fr. Nürnb. u. Altdorf. 8.

BRUG-

BRUGMANNS (s. I.) Orationes duae, prima de accurat. plantar. indigen. notitia maxime commend. altera de natura ſoli Friſici explor. Lugd. Bat. 4.

BRUHM (A. H. L.) *die Stallfütterung, nach medicin. Grundſaetzen. a. d. Lat. überſ. v.* F. L. SCHOENMANN, *m. Anmerk. v.* RIEM. *Dresd. u. Leipz.* 8.

BRVNNER (E. A. L.) de cataracta. Goetting. 8.

BÜCKINGS (I. I. H.) *Sammlung von Aufſaetzen und Beobachtungen aus den meiſten Theilen der Arzneywiſſenſchaft. m. K. Stendal.* 8.

BÜFFON, *des Gr. von, Naturgeſchichte der vierfüßigen Thiere. a. d. Franz. überſ. m. Anmerk. Zuſaetzen und v. K. verm. durch* B. C. OTTO. *Band* 12tr. *Schreibp. m.* 21. *illum. Kupf. Berl.* 8.

Reliqua proxime.

X.

Addenda *).

Quae Noſter addidit, paulo curioſius enarranda ſunt, ex his enim ſolis, praefationem ſi excipias, in qua editi libri APICII ſatis ſtudioſe enarrati ſunt, cognoſci poterit, quaenam in hac editione praeſtiterit.

Medicos latinos omnes ſine vocum propriarum interpretatione iuſta intelligi, CELSO excepto, vix poſſe, ſatis notum eſt: multa enim habent propria et ex ſermone, quo vulgus vti ſolebat, depromta, non pauca etiam ex Graecis, ſubinde male ſatis, latina facta. Haec omnia in CAELIVM APICIVM, compoſitorum atque praeparatorum alimentorum vicum apud Romanos ſcriptorem, cadere, gloſſariumque, quo difficiles voces explicantur, hinc ſummopere eſſe neceſſarium, vix erit, qui nobis non concedat. In tali autem gloſſario conciſae, iuſtae atque adae-

*) Cum ob morbum, quo detinebar, reuiſioni nonnullarum plagularum praeeſſe non poſſem, accidit, vt e recenſione Apiciani libri hae paginae omitterentur, quae paginae 128. addi debent.

adaequatae explicationes dari debent, neque quid hodie de alimentis medici ſentiant, ſed quid veteres ſenſerint, enarrandum eſt, neque hoc copioſe, ſed tali modo, vt auctor, cuius voces explicantur, melius intelligi poſſit. Haec omnia ſatis probe Noſter praeſtitit: adiecit tamen haud pauca, quae ad illuſtrandum auctorem non faciunt. Ad eaque referenda haec ſunt, quae exempli loco adducimus: *Aeneum vas*, I, 1. ſtanno, ob puritatem ſaporis ſalubritatemque obducendum. *Aſparagi.* Sunt prima in vere prodeuntia germina. Sic teneri lupuli verno tempore progerminantes furculi germina quoque vocantur. Vis eius ſeptica exinde quoque noſcitur, quod ab eorum eſu vrina reddatur foetidiſſima. Caueant ſibi ab eorum vſu ad ſputum cruentum atque alias haemorrhagias proni. *Boleti*, inter fungos primi, innoxii iuxta GALENVM maxime, aſt non ſatis cocti damnum, v. g. ſuffocationem, inferre poſſunt. Huius farinae valde multa leguntur, ad illuſtrandum APICIVM certe nihil facientia. Alia etiam ſubinde addidit Noſter, quae vix vera penitus eſſe videntur. Sic *aſſaturas* carnes forſan aſſando deſtructas interpretatur, cum tamen, Lib. VII, cap. 5. manifeſto docente, aſſatura etiam condimenta comprehendat, quibus aſſae carnes imbui et aptari menſae ſolebant; aſſaturae nomine itaque aſſa caro variis condimentis praeparata intelligi debeat. *Hircoſum* in auibus, quod p. 163. memoratur, generali nomine olidi, rancidi, graueolentis, caet. non explicandum eſt: hircoſus enim peculiaris et notus odor eſt. *Minutae beſtiae*, quae p. 164 memorantur, non teneriores ſunt, ſed potius minutim concifae, ſeu conſcindendo minutae, quo ſenſu etiam voce *minutae* vſus eſt Q. SERENVS SAMONICVS cap. 6. vbi videndus eſt HVMMELBERGII commentarius, pag. 38. et IO. RHODIVS in Lex. Scribon. Quid cum *condito* ſibi velit Noſter,

non

non facile perſpicimus. Eſt, ex mente ſua, condit[um] gratum potionis genus, quo refertur vinum acon[i]te confectum: conditum vero APICIO eſt teneri[or] mixtura, mellis conſiſtentiam habens, quae vino [ad] miſcebatur. Sic APICIVS I, 2: *Piper tritum cu[m] melle deſquamato in cupellam mittis conditi loco, et [si] momentum, quantum ſit bibendum, tantum aut mul[si] proferas, aut vini miſceas.*

Praeter enarrata autem multa quoque in indic[e] ſunt, quae ad explicandum auctorem admodum con[-] ferunt, plurima laude digna. — Latiorem, hac di[s]tracta, Clmus BERNHOLDVS pollicetur editionem APICII, omnia complectentem in Liſtero-Almelo-veeniana reperiunda eaque locupletata notitia [de] ipſo APICIO, teſtimoniis de auctore, textu collat[o] cum TORINI exemplo, varietate lectionum atque editionum praegreſſarum praefationibus.

Contenta in hac parte.

1. Giornale per ſervire alla ſtoria ragionata della medicina voll. II. pag. 1
2. CVLLEN a treatiſe of the materia medica vol. I. – 61
3. M. STOLL praelect. in morbos chronicos vol. I. II. – 99
4. I. EYEREL comm. in M. STOLLII aphor. de cogn. et cur. febr. – 117
5. CAEL. APICIVS de opſoniis ed. I. M. BERNHOLD – 126
6. FR. A. C. GREN *Handb. d. Chemie. Th. II.* – 128
7. GIRTANNER *Abhandl. über die vener. Krankheit. B. I–III.* – 154
8. Noua phyſico-medica – 173
9. Libri, qui anno 1787. prodiere – 184
10. Addenda ad recenſionem Cael. Apicii – 191